00081733

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY.
TOWN HALL, BOMBAY.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 26 June, 2018

MUSEUM CRITICUM;

OR,

CAMBRIDGE

Classical Researches.

81733

VOL. II.

Cambridge:
PRINTED AT THE UNIVERSITY PRESS,
By J. Smith;
FOR JOHN MURRAY, 50, ALBEMARLE STREET;
T. PAYNE, J. MAWMAN, LONDON;
J. DEIGHTON & SONS, CAMBRIDGE; J. PARKER, OXFORD;
W. BLACKWOOD, EDINBURGH; AND J. CUMMING,
DUBLIN.

1826

MUSEUM CRITICUM.

CONTENTS

OF

No. V.

Page

ANNOTATIO in Euripidis Medeam 1

Josephi Justi Scaligeri Epistolæ quædam Selectæ 45

Immortalitas Animæ. Carmen Hexametrum 55

Carmen Antistrophicum ex Æschyli Prometheo 58

Statement of some Opinions respecting the Greek Accent 62

On the Dramatic Representations of the Greeks 69

On certain early Greek Historians, mentioned by Dionysius of Halicarnassus 90

Porson's Review of Brunck's Aristophanes 113

On the usage of the word φάρσος 124

Ricardi Bentleii Emendationes in Aristophanem hactenus Ineditæ 126

REVIEW OF NEW CLASSICAL PUBLICATIONS.

Æschyli Persæ. C. J. Blomfield 139

M. Tullii Ciceronis Trium Orationum, Pro Scauro, Pro Tullio, Pro Flacco, Partes Ineditæ 140

M. Tullii Ciceronis Trium Orationum, In Clodium et Curionem, De Ære Alieno Milonis, De Rege Alexandrino Fragmenta Inedita ..... *ib.*

Callimachi quæ supersunt. C. J. Blomfield 146

Literary Intelligence 152

MUSEUM CRITICUM.

CONTENTS

OF

No. VI.

Page

EXTRACTS of Letters and Papers relating to the Egyptian Inscription of Rosetta 155

On the Dramatic Representations of the Greeks 204

On the Population of Athens 215

Josephi Justi Scaligeri Epistolæ quædam Selectæ 217

Cartesii Principia. Carmen Hexametrum 224

Platonis Principia. Carmen Hexametrum 227

Newtoni Systema Mundanum. Carmen Hexametrum 230

On the Language of the Pelasgi 234

On the Ionic Dialect 236

Illustration of a Passage of Callixenus respecting Egyptian Architecture 241

Remarks on the Ninth Book of the Iliad 243

STESICHORI FRAGMENTA 256

Annotatio in Euripidis Iphigeniam Tauricam 273

REVIEW OF NEW CLASSICAL PUBLICATIONS.

Lexicon Græco-Prosodiacum. Edv. Maltby 308

Galeni Adhortatio ad Artes. J. Willet 318

Euripidis Alcestis. J. H. Monk 322

Literary Intelligence 324

00081733

MUSEUM CRITICUM.

CONTENTS

OF

No. VII.



Page

LETTERS relating to the Inscription of Rosetta 331

SOPHRONIS FRAGMENTA 340

Alexandri, Medici Græci, Anecdoton 360

Inscriptio Deliaca 390

The Chalybes of Xenophon 398

The Caryatides of Ancient Architecture 400

Bentleii Epistolæ 402

Æschyli Agamemnonis Codex MS. Neapolitanus 457

On the Dramatic Representations of the Greeks, Part III. ... 472

Supposed Plagiarisms.—Mr. G. Burges 488

E. H. Barker, O. T. N. 510

Statements of Professor Playfair respecting the University of Cambridge 514

Memoir of the Rev. Edward Valentine Blomfield, M. A. 520

Literary Intelligence 529

MUSEUM CRITICUM.

CONTENTS

OF

No. VIII.

	Page
Letters of Bentley and Bernard	533
Sophronis Syracusani Fragmenta	559
Greek Inscriptions, copied in Bœotia	570
Emendationes in Anthologiam Græcum	587
Animadversiones in Sapphonis et Alcæi Fragmenta	599
Augusti Boeckhii Prolusiones	608
On the Cursive Greek Character	636
Review of Elmsley's and Hermann's Editions of the BACCHÆ	643
Memoir of Dr. James Duport	672
Index Auctorum Emendatorum *in Tom.* II.	699

ANNOTATIO

IN

EURIPIDIS MEDEAM

EX RECENSIONE RIC. PORSONI.

In ea Argumenti parte quam primus edidit Brunckius, vulgo legitur, Τὸ δρᾶμα δοκεῖ ὑποβαλέσθαι, γενναιοφρόνως διασκευάσας, ὡς Δικαίαρχός τε περὶ τοῦ Ἑλλάδος βίου, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ὑπομνήμασι. In voce γενναιοφρόνως latere putat Beckius ὁ Σικυώνιος Νεόφρων. Cujus suspicio si vera est, non Euripides Neophronem, sed Neophro Euripidem imitatus est. Sed vix operæ pretium fuit poëtam pæne ignotum furti literarii insimulare, nec dubito quin contrariam sententiam exprimere voluerit grammaticus, tragicum scilicet omnium ferme nobilissimum alienam fabulam sibi supposuisse. Eadem tradit Suidas, cujus verba sunt: Νεόφρων, ἢ Νεοφῶν, Σικυώνιος, τραγικὸς, οὗ φασιν εἶναι τὴν Εὐριπίδου Μήδειαν. Pergit dicere, Neophronem παιδαγωγοὺς καὶ οἰκετῶν βάσανον primum in scena exhibuisse. Quod verum esse non potest, nisi Euripide antiquior fuit, apud quem haud semel inducitur παιδαγωγός. Quod addit Suidas, Neophronem, quod familiariter cum Callisthene viveret, Alexandri jussu simul cum eo necatum esse, neque cum superioribus ejus verbis conciliari potest, neque multa fide dignum mihi videtur. Nam, ut ad Aristophanis Ach. 10. p. 114. jam monui, idem grammaticus Pherecratem veteris comœdiæ poëtam cum Alexandro militasse ait. Qui cum fabulam Ἀγρίους annis LXV. ante Alexandrum natum docuisset[1], non nisi extrema ætate eum infantem puerum videre, nedum post Philippi obitum in Asia cum eo militare potuit. Adde quod in v. Καλλισθένης non Neophronem, sed Nearchum, ipsum quoque tragicum, neque ab alio quoquam memoratum, cum Callisthene interfectum esse narrat

1. Corsinus Fast. Att. Ol. LXXXIX. 4. CVI. 1.

Suidas. Revertor ad argumenti verba, ubi παρὰ Νεόφρονος διασκευάσεως, quod vereor ut satis intelligam, pro γενναιοφρόνως διασκευάσας dedit Matthiæ. Lego, Τὸ δρᾶμα δοκεῖ ὑποβαλέσθαι (ὁ Εὐριπίδης scilicet), τὴν Νεόφρονος (Μήδειαν) διασκευάσας. Pauca quæ e Neophronis Medea hodie supersunt fragmenta, hanc accusationem neque diluunt neque confirmant. Equidem credam Euripidem potius fabulæ œconomiam personarumque mores, quam verba aut sententias a Neophrone mutuatum esse.

Præter Neophronem et Euripidem, Medeam docuerunt Dicæogenes, Diogenes, aliique. Apud Stobæum Serm. LXXVIII. p. 453 = 333. legitur cum lemmate *Euripidis in Medea*, τὸ θρέψαι δ' ἐν βροτοῖσι πολλάκις | πλείω πορίζει φίλτρα τοῦ φῦσαι τέκνα. Quæ verba in Euripidis Medea non reperiuntur. Sed codex Stobæi Parisiensis, teste Brunckio ad Med. p. 400. lemma habet βιότου ἐκ Μηδείας. Quod si scisset Jo. Alb. Fabricius, tragicorum catalogum *Bioti* vel potius *Bœoti* nomine auctiorem proculdubio edidisset. Latere sub hoc βιότου suspicor verba διονυσίου τυράννου compendio scripta δι. τυ. Dionysii tragœdiis haud raro utitur Stobæus. Serm. XCVIII. p. 531 = 407. Dionysio tribuitur, Εἰ δ' ἀξιοῖς σοι μηδὲν ἀλγεινόν ποτε | μηδὲν ἔσεσθαι, μακαρίως ἔχεις φρενῶν. | θεῶν γὰρ ἔξειν βίοτον, οὐ θνητῶν, δοκεῖς. Ita Gesnerus, qui hoc fragmentum a Trincavello omissum primus edidit. Grotius μηδὲ ἓν ἔσεσθαι dedit, quod post μηδὲν ἀλγεινόν ποτε stare non potest. Idem dicendum est de μηδέποτ' ἔσεσθαι. Legendum, ut alibi declaravi, Μήδει', ἔσεσθαι. Legendum etiam μὴ 'δει pro μηδὲν apud Aristophanem Eccl. 939. Titulus hujus fragmenti apud Gesnerum est *Dionysii Tyranni*, apud Grotium *Dionysius Tyrannus Alcmena*. In nomine fabulæ erratum esse res ipsa indicat. Serm. CV. p. 560 = 431. legitur alterum Dionysii fragmentum, Θνητῶν δὲ μηδεὶς μηδέν' ὄλβιόν ποτε | κρίνῃ, πρὶν αὐτὸν εὖ τελευτήσαντ' ἴδῃ. | ἐν ἀσφαλεῖ γὰρ τὸν θανόντ' ἐπαινέσαι. Quibus verbis fabulæ nomen *Leda* in utraque editione adscriptum est. Cum hoc argumentum comicum potius quam tragicum fuisse videatur, nequeo non suspicari literas ΛΗΔ. et ΜΗΔ. hic confusas esse.

Quædam ex Euripidis Medea citari quæ in ea non exstent, præter alios auctor est Hemsterhusius ad Hesychium v. Ἀπαιώνιστον. Nec mirum, cum Medeæ historiam in tres fabulas distribuerit Euripides, quarum quamlibet sub Medeæ nomine facili errore allegare potuerunt grammatici. Verba ὦ θερμόβουλον

σπλάγχνον, quæ in Medea occurrere dicit scholiastes ad Aristophanis Ach. 119. fortasse aut in Peliasin aut in Ægeo legebantur. Medeæ enim personam in Ægeo fuisse clare docet scholiastes ad Med. 168. his verbis, τοῦ Εὐριπίδου μήτε ἐνταῦθα, μήτε ἐν τῷ Αἰγεῖ δηλώσαντος τὸν Ἄψυρτον ὀνομαστί. Cujus testimonium eo magis doleo a Musgravio prætermissum esse, quod ille nihil quidquam habuit quod de Ægei argumento moneret. Quæ fuerint Medeæ partes in Ægeo, satis declarat Apollodorus I. 9, 28. §. 5. Μήδεια δὲ ἦκεν εἰς Ἀθήνας, κἀκεῖ γαμηθεῖσα Αἰγεῖ, παῖδα γεννᾷ Μῆδον. ἐπιβουλεύουσα δὲ ὕστερον Θησεῖ, φυγὰς δὲ (f. ἐξ) Ἀθηνῶν μετὰ τοῦ παιδὸς ἐκβάλλεται. Rem paullo aliter narrat Hyginus Fab. 26. ita tamen ut uterque scriptor facile ad eandem tragœdiam respicere potuerit. Tali argumento optime convenit Ægei Fr. VIII. Πέφυκε γάρ πως παισὶ πολέμιον γυνὴ | τοῖς πρόσθεν, ἡ ζυγεῖσα δευτέρα[1] πόσει. Hactenus hæc. Nunc de locis nonnullis in Medea singillatim dicendum.

v. 9. οὐδ' ἂν κτανεῖν πείσασα Πελιάδας κόρας | πατέρα, κατῴκει τήνδε γῆν Κορινθίαν, | ξὺν ἀνδρὶ καὶ τέκνοισιν, ἀνδάνουσα μὲν | φυγῇ πολίταις, ὧν ἀφίκετο χθόνα, | αὐτή τε πάντα συμφέρουσ' Ἰάσονι.] Schol. τὸ δὲ ἀνδάνουσα, ὀρθὴ ἀντὶ δοτικῆς, ἀντὶ τοῦ ἀνδανούσῃ. Scholiastes igitur non φυγῇ sed φυγὴ legisse videtur, quod longe melius, meo quidem judicio. Ita noster infra v. 1217. κεῖνται δὲ νεκροὶ παῖς τε καὶ γέρων πατὴρ | πέλας, ποθεινὴ δακρύοισι συμφορά. Herac. 70. ἀμύνεθ'. ἱκέται δ' ὄντες ἀγοραίου Διὸς, | βιαζόμεσθα, καὶ στέφη μιαίνεται, | πόλει τ' ὄνειδος καὶ θεῶν ἀτιμία. Cicero de Oratore II. 66. *Ac verborum quidem genera quæ essent facetа, dixissé me puto: rerum plura sunt, eaque magis (ut dixi antea) ridentur, in quibus est narratio; res sane difficilis.* Appositionem appellant grammatici, e quorum numero consuli potest Matthiæ Gramm. Gr. §. 431[2]. Eadem est ratio accusa-

---

1. Vulgo δευτέρῳ. Fr. I. legendum, Τίς σε μάτηρ (vulgo μᾶτερ) ἐν δεκάτᾳ τόκον ὠνόμασε; Sensus est, *cujus mulieris filius es?* Hoc fragmentum et X. se invicem illustrant. Fr. VII. legendum, Ἡ πολὺ (vulgo Ἤπου) κρεῖσσον τῆς εὐγενίας | τὸ καλῶς πράσσειν. Eadem varietas in Or. 1083.

2. Hunc librum Anglice vel potius Latine redditum qui imprimendum curaret, nostris hominibus Græco sermoni studentibus nec Teutonice scientibus magnam utilitatem afferret, etiam si nihil de suo adderet.

tivi, de quo Matthiæ §. 426. 1. §. 432. 4. Noster Or. 1103. Ἑλένην κτάνωμεν, Μενέλεῳ λύπην πικράν. Unde fingi potest talis versus, Ἑλένη τέθνηκε, Μενέλεῳ λύπη πικρά. Admisso φυγὴ, jam facile ratio redditur v. sequentis, αὐτή τε (αὐτὴ δὲ Beckius[1] consentiente Stobæo Serm. LXXIV. p. 441 = 325.) πάντα συμφέρουσ' Ἰάσονι, in quo αὐτὴ prorsus inutile erit, si ἀνδάνουσα ad Medeam referatur. Doctorum virorum conjecturis, φυλῇ (rectius φύλῳ), ψυχῇ, φυῇ, φύτλῃ, ὀργῇ, φύσει, occasionem dedit genitivus πολιτῶν, quem in dativum e Barnesii sententia primus mutavit Beckius. Genitivus retineri posset, si inter ἀνδάνουσα et πολιτῶν interposita legerentur verba ὧν ἀφίκετο χθόνα, sive præcederet ἀνδάνουσα, sive πολιτῶν. Prioris constructionis exemplum præbet noster Heracl. 68. κομίζων οὑπέρ εἰσ' Εὐρυσθέως. Id est, ut suo loco dixi, κομίζων (αὐτοὺς) Εὐρυσθεῖ, οὑπέρ εἰσι (δοῦλοι). De altera consulendi Portus ad h. l. et Porsonus ad Or. 1645. Sed exempla quæ ad confirmandum genitivum πολιτῶν desiderantur, hujusmodi sunt, κομίζων Εὐρυσθέως οὑπέρ εἰσι; *vestra est urbem quam statuo.* Si ita unquam locuti sunt tragici, servandum πολιτῶν. Sin minus, Porsono assentiendum, qui πολιτῶν ex scripturæ compendiis male intellectis ortum putat.

v. 21. βοᾷ μὲν ὅρκους, ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς | πίστιν μεγίστην, καὶ θεοὺς μαρτύρεται, | οἵας ἀμοιβῆς ἐξ Ἰάσονος κυρεῖ. | κεῖται δ' ἄσιτος, σῶμ' ὑφεὶσ' ἀλγηδόνι,] Opponuntur βοᾷ μὲν ὅρκους et κεῖται δ' ἄσιτος. Legendum igitur ἀνακαλεῖ τε. Hujus vitii, quo nullum in tragicorum scriptis frequentius, exempla jam ab aliis indicata vide vv. 196. 266. 562.

v. 30. ἣν μήποτε στρέψασα πάλλευκον δέρην, | αὐτὴ πρὸς αὐτὴν πατέρ' ἀποιμώξῃ φίλον,] Cum de præsenti tempore sermo sit, legendum, ni fallor, ἀποιμώζῃ. Quoties hæc permutentur, quid attinet dicere? Apud Sophoclem Ant. 311. scribendum ἁρπάζητε pro ἁρπάξητε, quod non est Atticum.

v. 41. ἢ καὶ τύραννον τόν τε γήμαντα κτάνῃ,] Schol. Τυράννοις. τὸν Κρέοντα φησί. τὸ δὲ ἑξῆς, ἢ καὶ τύραννον τόν τε γήμαντα κτάνῃ. δεινὴ γάρ. Repone, τύραννον δὲ τὸν Κρέοντα φησί. Verba sunt a superioribus male divulsa, quod

1. In minore scilicet editione, anno MDCCXCII. inchoata, quæ non ultra quatuor primas tragœdias processit.

sæpissime huic grammatico accidit. Creontem hic intelligi putant interpretes ad unum omnes. Quorum sententia si vera est, nulla omnino Creontis filiæ mentio est, quam Medeæ multo majori odio quam patrem fuisse res ipsa satis declarat. Fieri non potuit quin rivali potius quam rivalis patri necem a Medea parari suspicata sit anus quæ hæc loquitur. Eam suspicionem Creonti in mentem venisse ostendunt ejus verba v. 284. Δέδοικά σ' (οὐδὲν δεῖ παραμπίσχειν λόγους) | μή μοι τι δράσῃς παῖδ' ἀνήκεστον κακόν. Quapropter auctor sum ut vocabulum τύραννον posthac Anglice reddatur *the princess.* Ambiguitatem quodammodo tollunt verba τόν τε γήμαντα, quorum sensus est, *et qui eam in matrimonium duxit.* Verba γήμας τύραννον leguntur infra v. 873. Si Creontem significaret τύραννον, τόν τε νεωστὶ γήμαντα vel tale quid dixisset poëta. Hæc ratio si minus placet, legendum τυράννους, Creontem scilicet et filiam. Sed altera mihi melior videtur, tum ob alias caussas, tum quia pluralia τύραννοι, κοίρανοι, βασιλῆς, solum Creontem plerumque designant. Vide vv. 140. 454. 456. 459. 871. 930. 1127. 1296. Ceterum Aldi scripturam τυράννων memorare oblitus est Porsonus.

v. 48. Παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς,] Vertit Ennius, monente Porsono, *Antiqua herilis fida custos corporis.* His verbis significetur *nutrix,* necne, judicent lectores. Hoc autem in me recipere possum, nihil esse in Græca fabula, unde colligi possit hanc anum Medeæ nutricem fuisse. Scholiastes bis eam γραῦν appellat, quater πρεσβῦτιν, nunquam τροφόν. Repone igitur, si tanti est, ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ pro ΤΡΟΦΟΣ. Contrarius huic error est in Andromacha, ubi Hermiones nutrix Θεράπαινα appellatur. Nutricem esse ostendunt illa τέκνον et ὦ παῖ, ab anu nostra nunquam usurpata.

v. 49. τί πρὸς πύλαισι τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν | ἕστηκας, αὐτὴ θρεομένη σαυτῇ κακά ;] Ex quatuor quas vidi Porsonianæ recensionis editionibus, Cantabrigiensi scilicet, duabus Lipsiensibus et Londinensi[1], vitium typographicum αὐτὴν pro αὐτὴ exhibent Lipsiensis prior et Londinensis. Lipsienses editiones curavit Schæferus, ipso fatente Meletem. Crit. p. 66. Quis Londinensis curam habuerit, equidem ignoro, neque hunc errorem

1. His non annumero minutam Schæferi editionem, qui in quatuor primis fabulis Porsonum, in reliquis Musgravium secutus est.

indicassem, nisi periculum esset ne semel iterumque admissus in plures deinceps editiones manaret. Sic v. 248. *τιν'* sine accentu habent omnes editiones[1] jam inde ab Hervagiana tertia.

v. 53. *χρηστοῖσι δούλοις ξυμφορὰ τὰ δεσποτῶν | κακῶς πιτνοῦντα, καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται.*] Solus Matthiæ *πιτνόντα*. Idem tamen *πιτνοῦντ'* v. 1267. ubi omnes ante Brunckium excepto Lascari *πιτνόντ'* habent. Priore loco *πίπτοντα* Stobæus, *πίτνοντα* Eumathius, monente Porsono. Hanc veram esse scripturam monui ad Heracl. 77. Corrigendi accentus vv. 1192. 1202. 1253. 1283. Recte omnes *πιτνόντων* v. 859.

v. 56. *ὥσθ' ἱμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε κούρανῷ | λέξαι μολοῦσαν δεῦρο, δεσποίνης τύχας.*] Theognetus apud Athenæum p. 104. C. *πεφιλοσόφηκας γῆ τε κούρανῷ λαλῶν, | οἷς οὐθέν ἐστιν ἐπιμελὲς τῶν σῶν λόγων.*

v. 62. *Τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιέ; μὴ φθόνει φράσαι.*] Æschylus Theb. 486. *κόμπαζ' ἐπ' ἄλλῳ, μηδέ μοι φθόνει λέγων.* An *λέγειν*?

v. 66. *Ἠκουσά του λέγοντος, οὐ δοκῶν κλύειν.*] *Simulans me non audire.* De hac potestate verbi *δοκεῖν* vide Valckenarium ad Hippol. 462. BRUNCK. Exemplis adde *μαίνεσθαι δοκῶν, pretending to be mad,* apud Aristophanem Ran. 564.

v. 67. *πεσσοὺς προσελθών, ἔνθα δὴ παλαίτεροι | θάσσουσι,*] Παλαίτατοι, quod a Brunckio expulsum revocarunt Zimmermannus et Matthiæ, merus est librariorum error, de quo Hermannus ad Vigerum nn. 56. 57. Idem fortasse dicendum de *ἀσφαλέστατα* v. 741. Apud Tyrtæum III. 5. *χαριέστατος* exhibet ed. Stobæi Trincavelliana, monente Gaisfordio.

v. 84. *Τίς δ' οὐχὶ θνητῶν; ἆρτι γιγνώσκεις τόδε,*] *Γιγνώσκει* [*γινώσκει*] contra MSS. plerosque in edd. quasdam irrepsit. —Sed *γινώσκει* C. Non igitur error typographicus, ut putat Musgravius. PORSON. Lascaris, Aldus, Hervagius ed. prima, Brubachius, *τίς δ' οὐχὶ θνητῶν,* (*θνητῶν*. L.) *ἆρτι γινώσκεις τόδε,* (*τόδε*. L. B.) &c. Hervagiana secunda ex emendatione,

---

1. Verbis *omnes editiones* similibusque brevitatis caussa passim utor, cum addere debeam, *quarum usurpandarum mihi copia fuit.* Inter alias, velim sciat lector, neque Lascaris neque Brubachii editionem a me inspectam esse. Si quid a Porsono aliisque prætermissum ex his editionibus affero, id mecum ab amico communicatum est, qui eas duobus tribusve locis meo rogatu inspexit. (*τίν'* Lasc. Brub.)

τίς δ' οὐχὶ θνητῶν ἄρτι γινώσκει τόδε, &c. Itaque ceteræ omnes ante Musgravium. Fuisse apud veteres qui hanc scripturam amplexi essent, diserte testatur scholiastes, cujus testimonio uti debuit Musgravius. Cum ἄρτι in hac scriptura sensum minus commodum præberet, versum ita refinxerunt histriones: τίς δ' οὐχὶ θνητῶν τοῦτο γινώσκει σαφῶς. Histrionum audaciam sæpe reprehendunt veteres grammatici in scholiis allegati. De qua re vide Valckenarium ad Phœn. 1286.

v. 85. ὡς πᾶς τις αὐτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ,] Scripsit Euripides τῶν πέλας, ut legisse videtur scholiastes. Ita Æschylus Prom. 335. Suppl. 388. Eum. 416. 507. Sophocles Œd. C. 803. Ant. 479. Aj. 1151. Phil. 340. El. 551. Aloadis VIII. 3. Euripides Hipp. 441. Heracl. 2. Hel. 739. 921. Ion. 1248. Herc. 192. 591. 730. Alcmena XII. 1. Bellerophonte XXIII. 1. Dictye XIV. 3. Rhadamanthô II. 6. Incert. CCXIV. Eodem sensu reperitur τῶν πλησίον apud nostrum Hec. 982. Σῶσόν νυν αὐτὸν, μηδ' ἔρα τῶν πλησίον[1]. Ubi varietas a Porsono memorata τοῦ πλησίον meam emendationem confirmare videtur. Bis apud Theognidem legitur τὸν πλησίον, vv. 221. 611. Qui τὸν πέλας dixerit veterem et probatum scriptorem nullum reperio, præter Herodotum III. 142. ἐγὼ δὲ τὰ τῷ πέλας ἐπιπλήσσω, αὐτὸς κατὰ δύναμιν οὐ ποιήσω. Ubi Atticus scriptor, ni fallor, dixisset τοῖς πέλας.

v. 86. οἱ μὲν δικαίως, οἱ δὲ καὶ κέρδους χάριν,] Noster Herc. 633. πάντα τἀνθρώπων ἴσα. | φιλοῦσι παῖδας οἵ τ' ἀμείνονες βροτῶν, | οἵ τ' οὐδὲν ὄντες. Pro φιλοῦσι παῖδας finge poëtam dixisse φιλοῦσ' ἑαυτοὺς, et hujus loci sententiam habebis, qui Musgravio Brunckioque ita obscurus visus est, ut ille versum excidisse, hic hunc ipsum spurium esse crediderit. Probos etiam homines suæ rei studere auctor est Sophocles Œd. C. 309. τίς γὰρ ἐσθλὸς, οὐχ αὑτῷ φίλος; Passim autem sistuntur δίκη et κέρδος tanquam sibi contraria. Vide Heracl. 2. Hypsip. VI. Κακοῖς τὸ κέρδος τῆς δίκης ὑπέρτερον.

v. 87. εἰ τοὐσδε γ' εὐνῆς οὕνεκ' οὐ στέργει πατήρ;] Ei hic ἐπεὶ, *quandoquidem*, significare monent Reiskius et Brunckius. Alii aliter interpretantur. Nemo autem animadvertit, saltem

1. Notanda ellipsis articuli haud ubivis obvia, τῶν πλησίον pro τῶν τῶν πλησίον.

nemo monuit, Euripidem, si *εἰ* dixisset, scripturum fuisse, *εἰ τούσδε γ' εὐνῆς ἕνεκα μὴ στέργει πατήρ*. Quærenda igitur alia particula, quæ et meliorem sensum reddat, et negativam *οὐ* sine solœcismo sibi subjici patiatur. Scribendum *καὶ* constat ex simili errore in Hipp. 1007. *καὶ δὴ τὸ σῶφρον τοὐμὸν οὐ πείθει σ' ἴσως*. Ubi *εἰ δὴ* omnes edd. ante Musgravium, *κεἰ μὴ* pessime Valckenarius et Brunckius. *Καὶ* nostro loco est *even so*.

v. 122. *τὸ δ' ἆρ' εἰθίσθαι ζῆν ἐπ' ἴσοισιν | κρεῖσσον.*] *Τὸ γὰρ* edd. et MSS. Mutavit Brunckius. PORSON. Schol. *Τὸ γὰρ εἰθίσθαι. ὁ γὰρ ἀντὶ τοῦ δέ.* Matthiæ *τὸ γάρ*, ut vulgo. Idque satis defendunt Marklandi verba ad Suppl. 8. Infra v. 573. *γὰρ* defendi potest e Phœn. 1620.

v. 127. *τὰ δ' ὑπερβάλλοντ' | οὐδένα καιρὸν δύναται θνατοῖς.*] Explicant plerique quasi sensus sit, *ὁ μέγας ὄλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς*, tritissima sententia. Hos reprehendit Brunckius, ipse reprehensus ab Hermanno Dissert. de Ellipsi et Pleonasmo p. 131. qui interpretatur, *οὐδεὶν καίριον δύναται*, vereor ut recte. *Οὐδένα καιρὸν* est *οὐκ εἰς καιρὸν, ἀκαίρως*. Noster Hel. 486. *καιρὸν γὰρ οὐδεὶν ἦλθες*, i. e. *intempestive enim accessisti*. Nostro loco non est *intempestive*, sed *immoderate, supra modum*. De qua significatione si quis dubitat, consulat lexicographos, præcipue H. Stephanum v. Καιρός[1]. *Δύναται* est *ἰσχύει, σθένει*, ut alibi passim. Verba igitur *οὐδένα καιρὸν δύναται θνατοῖς* significant *plus æquo valent mortalibus*, i. e. *potentiores quam expedit reddunt homines*, ad tempus scilicet. Pergit enim poëta, *μείζους δ' ἄτας, ὅταν ὀργισθῇ | δαίμων, οἴκοις ἀπέδωκεν*.

v. 131. *Ἔκλυον· φωνὰν, ἔκλυον δὲ βοὰν | τᾶς δυστάνου Κολχίδος.* | *οὐδέ πω ἤπιος. ἀλλ' ὦ γεραιά,*] Post Κολχίδος fortasse excidit *οἰκτράν*. *Οἰκτρὸν ἰάλεμον* dixit noster Suppl. 281. *οἰκτρὰν αὐδὰν* Sophocles El. 193. *ὄπα* ibid. 1067. Homerus Od. Λ. 420. *οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα ὄπα Πριάμοιό θυγατρός*.

---

1. Euripides Iph. T. 414. *φίλα γὰρ ἐλπὶς ἐγένετ' ἐπὶ | πήμασι βροτῶν, ἄπληστον ἀνθρώποις | ὄλβου βάρος, οἳ φέρουσαι | πλάνητες ἐπ' οἶδμα, πόλεις τε βαρβάρους περῶντες, | κεινᾷ δόξᾳ. γνώμα | τοῖς μὲν ἄκαιρος ὄλβου, | τοῖς δ' εἰς μέσον ἥκει.* (Ita, aut non multo secus, legendum videtur. In stropha legendum v. 403. *ἔβασαν, ἔβασαν, ἄμικτον αἶαν, ἔνθα κούρᾳ | Διᾷ τέγγει βωμοὺς | καὶ περικίονας να|οὺς αἷμα βρότειον.*) Significat *γνώμα ἄκαιρος ὄλβου*, ni fallor, *cupido immodica divitiarum*.

v. 134. λέξον. ἐπ' ἀμφιπύλου γὰρ ἔσω | μελάθρου βοὰν ἔκλυον. | οὐδὲ συννήδομαι, γύναι, | ἄλγεσι δώματος.] Si metrum dactylicum est, quod affirmare nolim, legendum γόον ἔκλυον et ὦ γύναι. Βοὰν e v. 131. facile irrepere potuit. Γόον in re simili habet noster Alc. 88. Suppl. 87. (ubi legendum γόον τ') El. 1211. Quod ad ὦ γύναι attinet, sæpius, fateor, ὦ male addunt quam omittunt librarii. Omittunt tamen haud raro. Vide nostrum Ion. 415. 925.

v. 138. ἐπεὶ μὴ φίλια κέκρανται.] Dixisset Euripides, ut mihi videtur, ἐπεὶ οὐ φίλια κέκρανται. Reponendum igitur, Porsono non-invito, ἐπεί μοι φιλία κέκραται, *ex quo amicitia mihi cum hac domo intercessit.* Saltem legendum ἐπεί μοι, in quo consentiunt quatuor codices, liber Puteani, et ed. Lascaris.

v. 139. Οὐκ εἰσὶ δόμοι. φροῦδα γὰρ ἤδη | τάδ'. ὁ μὲν γὰρ ἔχει λέκτρα τυράννων. | ἡ δ' ἐν θαλάμοις τάκει βιοτὰν | δέσποινα,] Φροῦδα γὰρ ἤδη τάδ' pro φροῦδα τάδ' ἤδη solus Porsonus, idque ex conjectura, appositis scholiastæ verbis: ἀπὸ δὲ ἀρσενικοῦ εἰς οὐδέτερον μετέστη. φροῦδα γὰρ τάδε. τὰ οἰκήματα λέγει. Distinguendum, φροῦδα γὰρ τάδε, τὰ οἰκήματα λέγει. Γὰρ ipsius est grammatici, ut alibi passim. Ita v. 56. οὐρανὸν γὰρ λέγει νῦν τὸν ἀέρα. v. 67. πεσσοὺς γὰρ νῦν τοὺς τόπους τῶν κυβευτῶν. v. 120. τὸ γὰρ πολλὰ ἀντὶ τοῦ ἐπὶ πολύ. v. 127. τὸ γὰρ λῷστα, ἀντὶ τοῦ λῷστον. v. 176. ὀμφὴν γὰρ νῦν τὴν φωνὴν λέγει. v. 764. εἰς ὁδὸν γάρ, ἀντὶ τοῦ, εἰς τὴν τῆς νίκης ἀρχὴν ἐληλύθαμεν. v. 906. τὸ γὰρ παρεμπολᾶν ἀντὶ τοῦ κερδαίνειν τίθεται. Non igitur scholiastæ auctoritate nititur φροῦδα γὰρ ἤδη τάδ'. Omnes præter Porsonum φροῦδα τάδ' ἤδη, ut jam dixi, cum plena distinctione. Deinde ὁ μὲν γὰρ ἔχει δῶμα τυράννων omnes ante Brunckium, præter Lascarin et Musgravium, qui λέκτρα τυράννων dederunt. Musgravii conjecturam, τὸν μὲν γὰρ ἔχει λέκτρα τυράννων, adoptarunt Brunckius et Zimmermannus. Rectius Beckius, imo omnino recte, mea quidem sententia, τὸν μὲν γὰρ ἔχει δῶμα τυράννων. *Sed rectius, opinor,* inquit Porsonus, *servabitur nominativus, ut ὁ μὲν et ἡ δὲ accuratius opponantur.* Mutatio casus, si opus esset, sexcentis exemplis defendi posset, e quibus unum tantum afferam. Noster Or. 1399. τῷ μὲν ὁ στρατηλάτας πατὴρ ἐκλήζετο. | ὁ δὲ παῖς Στροφίου, κακόμητις ἀνήρ. Quod addit Porsonus, Jasonem rectius dici ἔχειν quam ἔχεσθαι, verissimum est, si legatur λέκτρα. Sin autem legatur δῶμα,

Creontis regia rectius Jasonem habere dicitur, quam ab eo haberi. Utrum exhibeant scripti codices, incertum est. Tacent enim de hac varietate Musgravius et Brunckius. Sed fac omnes λέκτρα exhibere, quis nescit quoties contra omnes fere codices et Lascarin veram scripturam dederit Aldus? Vide vv. 217. 425. 480. 491. 509. 543. 656. 741. 812. 906. 925. 1050. Ceterum Matthiæ, nescio quo auctore, *χὠ μὲν γὰρ ἔχει λέκτρα τυράννων* scripsit. Malim, *καὶ ὁ μὲν γὰρ ἔχει*. Vide Hippol. 246. Iph. A. 5. 15. El. 1317. Sed particulas *καὶ μὲν γὰρ* ita conjunctas in tragicorum scriptis non inveni.

v. 148. *Ἄϊες, ὦ Ζεῦ, καὶ γᾶ, καὶ φῶς, | ἰαχὰν, οἵαν ἃ δύστανος | μέλπει νύμφα;*] His verbis respondent v. 174. *Πῶς ἂν ἐς ὄψιν τὰν ἀμετέραν | ἔλθοι, μύθων τ' αὐδαθέντων | δέξαιτ' ὀμφάν;* Si certum esset *ἰαχὰν* mediam apud Atticos semper producere, facile reponi posset *ἀχὰν*, ut monui ad Heracl. 752. Sed *ἰαχὰν* defendit Electræ v. 707. *κάρυξ ἰάχει βάθροις*, cui respondet v. 721. *πείσας ἄλοχον φίλαν*. Ubi gratum mihi fecisset Euripides, si *ἄκοιτιν* scripsisset. Verum in hac voce, ut in *φάρος* aliisque quibusdam, nonnihil licentiæ poëtis Atticis concedendum videtur. Participium *διαλακήσασα* tertiam producit apud Aristophanem Nub. 410. Subjunctivus *λακήσῃς* primam corripit Pac. 382.

v. 151. *τί σοι* (*τί τοι* edd. Lips.) *ποτὲ τᾶς ἁπλάστου | κοίτας ἔρος, ὦ ματαία, | σπεύσει θανάτου τελευτάν; | μηδὲν τόδε λίσσου.*] Idem ordo versiculorum infra vv. 435—438. Recte Matthiæ *τίς σοι*, ut vulgo. Scholiastes legisse videtur, *τίς σοι ποτε ταῖσδ' ἀπλήστου κοίτας ἔρως*. Fluctuant libri inter *ἀπλήστου* et *ἀπλάστου*, quorum hoc fortasse nimis Doricum est. Sed nescio an scripserit poëta *τᾶς ἁπλάτου κοίτας*, eodem sensu quo *τᾶς ἀνάνδρου κοίτας* v. 435. *Ἄπλατον* proprie est id cui nemo *πελάζει, πλάθει*, sive *πλησιάζει*. Soph. Trach. 17. *πρὶν τῆσδε κοίτης ἐμπελασθῆναί ποτε*. Idem Phil. 677. Ixionem appellat *τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ τῶν Διός*. *Ἄπλατον* pro *ἄπλαστον* tragico Rhes. 310. reddidit Piersonus ad Mœrin p. 25. Solennis est hæc varietas.

v. 157. *κείνῳ τόδε μὴ χαράσσου. | Ζεύς σοι τόδε συνδικάσει.*] Τάδε [v. 158.] Ald. Τόδε ex A. L. Brunckius. PORSON. Male, cum tantillo intervallo præcedat alterum *τόδε*. Scribendum etiam *συνδικήσει*, monente Musgravio. Scholiastes mendose *σὺν δίκῃ*, ita tamen ut *συνδικήσει* potius quam *συνδικάσει* legisse

videatur. Quod ait Brunckius, *συνδικάσει* tertia correpta metro necessarium esse, satis infeliciter dictum est. Vide ad v. 184.

v. 159. *μὴ λίαν τάκου, | δυρομένα σὸν εὐνήταν.*] Matthiæ *εὐνέταν*, ut vulgo. Parum cautus Porsonus, qui vocabulum nulla auctoritate munitum Brunckio obsecutus admiserit. In fine stropharum pro epitrito primo interdum reperitur dijambus. Vide Phœn. 1312. 1327. (ubi recte codd. *ἕνεκ'*) Cycl. 500. 508. 516.

v. 181. *ἀλλὰ βᾶσά νιν | δεῦρο πόρευσον οἴκων | ἔξω, φίλα, καὶ τάδ' αὔδα.*] Omnes fere interpretes *τάδε* referunt ad sequentia verba, *σπεῦσον, πρίν τι κακῶσαι τοὺς ἔσω*, quasi dicere jubeatur ancilla, *propera, priusquam aliquid mali facias iis qui intus sunt.* Ita enim ea verba reddit Portus, cujus versionem servarunt Barnesius et Musgravius. Sed luce clarius est sensum esse, *propera tu* (ancilla scilicet), *priusquam aliquid mali faciat Medea.* Τάδε igitur ad superiora *πῶς ἂν ἐς αὐδὰν* &c. referendum est. Solus, quod sciam, Bothius in versione Teutonica hunc sensum exhibuit. Quanquam ne sic quidem omnia se recte habent. Nam metro convenientius esset neutrum plurale *φίλα*, quam femininum singulare. Quomodo sanandum sit hoc vitium, modo vitium sit, equidem non video.

v. 184. *σπεῦσον, πρίν τι κακῶσαι | τοὺς ἔσω.*] Σπεῦσαι, *festina.* Sic bene membranæ. BRUNCK. An putavit *σπεῦσαι* imperativum esse mediæ formæ *σπεύδομαι*? Nollem dictum. Hic etiam metrum non constat. Si *πρὶν ἢ* apud Euripidem exstaret, audacter reponerem, *σπεῦσον δὲ, πρὶν ἢ κακῶσαι.*

v. 207. *Ἰὰχὰν ἄϊον πολύστονον γόων.*] An legendum *ἴαχον* media producta, ut in Tro. 828. 1229. Priore loco nomen pro verbo male accipiunt omnes interpretes. Sensus est, *ἀϊόνες δ' ἅλιαι ἴαχον (βοῶσιν), οἷον οἰωνὸς ὑπὲρ τεκέων βοᾷ.*

v. 216. *Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων, | μή μοι τι μέμφησθ'.*] Μέμψησθ' Ald. Μέμφησθ' A. B. D. L. P. Schol. PORSON. Etsi parum refert, Aldinam scripturam paullo meliorem esse existimo. Video enim librarios sæpius *ψ* in *φ* mutasse, quam *φ* in *ψ*. Schol. bis *μέμψησθε* habet, semel tantum *μέμφησθε*. Noster Hec. 1165. *Μηδὲν θρασύνου, μηδὲ τοῖς σαυτοῦ κακοῖς | τὸ θῆλυ συνθεὶς ὧδε πᾶν μέμψῃ γένος.* Ubi *μέμφῃ* contra linguæ indolem in dimidia fere parte codicum exhiberi monet Porsonus. In Hipp. 1176. *ἀναστρέφοι* pro *ἀναστρέψοι* omnes excepto Lascari ante Musgravium, non illud quidem prorsus vitiosum, sed altero longe deterius.

v. 221. *δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστιν* (malim *ἔνεστ' ἐν*, ut vulgo) *ὀφθαλμοῖς βροτῶν, | ὅστις, πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σαφῶς, | στυγεῖ δεδορκὼς, οὐδὲν ἠδικημένος.*] *Ἐκμάθῃ* Eustath. ad Il. Γ. p. 415, 12=314, 48. Utraque lectio proba. Sæpe enim *πρὶν* cum subjunctivo jungunt Tragici, omisso *ἂν*, quod in sermone familiari semper requiritur. PORSON. Subjunctivum non usurpant tragici, nisi in priori membro, quod hic est *ὅστις στυγεῖ δεδορκὼς*, adsit negandi aut prohibendi significatio. Ita noster v. 277. *κοὐκ ἄπειμι πρὸς δόμους πάλιν, | πρὶν ἄν σε γαίας τερμόνων ἔξω βάλω.* Ita etiam v. 677. *Ἀσκοῦ με τὸν προύχοντα μὴ λῦσαι πόδα* (jussit Apollo), *| πρὶν ἂν πατρῴαν ὧθις ἑστίαν μόλω.* Adde *ἴδω* Or. 1351. *μεθῇ* Alc. 852[1]. *ἀφάγνίσηται* et *μόλῃ* ibid. 1149. *ἴδῃς* Andr. 101. *δείξω* Iph. A. 324. *προσθῶ* ibid. 540. *λάβῃ* Iph. T. 20. *εἴπῃ* ibid. 1302. *θάνῃ* Tro. 510. *ἴδω* et *γεύσωμαι* Cycl. 556. *ἴδῃ* Heracl. 866. *μάθωμεν* Ion. 770. *ἀφῇ* Herc. 866. *ἵκηται* et *κάμψῃ* El. 956. Idem de optativo statuendum est. Sophocles Phil. 551. *ἔδοξέ μοι μὴ σῖγα, πρὶν φράσαιμί σοι, | τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι, προστυχόντι τῶν ἴσων.* Ibid. 961. *ὅλοιο μήπω, πρὶν μάθοιμ' εἰ καὶ πάλιν | γνώμην μετοίσεις. εἰ δὲ μὴ, θάνοις κακῶς.* Adde *ἴδοιμι* Œd. T. 505. *ἀνύσειε* Trach. 659. Interdum abest particula negativa, sed ita tamen ut maneat sensus negativus. I. Sophocles Ant. 175. *ἀμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν | ψυχήν τε καὶ φρόνημα καὶ γνώμην, πρὶν ἂν | ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ.* Idem ac si dixisset *οὐκ ἂν ἐκμάθοις*, ut in Trach. 2. *ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοις βροτῶν, πρὶν ἂν | θάνῃ τις, οὔτ' εἰ χρηστὸς, οὔτ' εἴτῳ κακός.* Negativam particulam in adjectivo *ἀμήχανον* includi, vix opus est ut moneam. Idem dicendum esset, si *δυσμήχανον* scripsisset poëta. Sophocles Œd. T. 12. *δυσάλγητος γὰρ ἂν | εἴην, τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτείρων ἕδραν.* Ubi *δυσάλγητος* pro *οὐκ εὐάλγητος* accipiendum esse ostendunt particulæ *μὴ οὐ*, quæ nunquam ita collocantur nisi in sententiis negativis. *Αἰσχρὸν* pro *οὐ καλὸν* a Xenophonte dictum indicat Hermannus de Ell. et Pl. p. 220. II. Euripides Or. 1216. *φύλασσε δ' ἤν τις, πρὶν τελευτηθῇ φόνος, | ἢ ξύμμαχός τις, ἢ κασίγνητος πατρὸς, | ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ*, &c. Quasi

1. In ed. Barnesii versus est 849. Sequor majorem Beckii editionem, præterquam in quatuor primis fabulis.

præcedat φύλασσε μή τις, ut in Iph. A. 145. λεῦσσε, φυλάσσων μήτις σε λάθῃ. III. Heracl. 180. Τίς ἂν δίκην κρίνειεν, ἢ γνοίη λόγον, | πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ; Τίς hic valet οὐδείς. Hæc igitur loca, et si qua alia his similia occurrunt, negativa sunt. Contra non desunt loca, quæ re vera affirmativa sint, licet particulam negativam exhibeant. I. Eurip. Andr. 1067. Οἴμοι, τόδ' ἤδη δεινόν. οὐχ ὅσον τάχος | χωρήσεταί τις Πυθικὴν πρὸς ἑστίαν, | καὶ τἀνθάδ' ὄντα τοῖς ἐκεῖ λέξει φίλοις, | πρὶν παῖδ' Ἀχιλλέως κατθανεῖν ἐχθρῶν ὕπο; Nemo nescit οὐ χωρήσεταί τις cum interrogatione idem esse quod χωρησάτω τις. Idem Ioñ. 524. Οὐκ ἀπαλλάξει, πρὶν εἴσω τόξα πνευμόνων λαβεῖν; Incertus Rhes. 684. Οὐκ ἐρεῖς ξύνθημα, λόγχην πρὶν διὰ στέρνων μολεῖν; Aristophanes Ran. 480. Ὦ καταγέλαστ', οὐκ οὖν ἀναστήσει ταχύ, | πρίν τινά σ' ἰδεῖν ἀλλότριον; Horum omnium eadem est ratio. II. Tragicus Rhes. 222. οὐδ' ἀναιμάκτῳ χερὶ | ἥξω πρὸς οἴκους, πρὶν φάος μολεῖν χθόνα, Nihil hic efficit οὐ, nisi quod tollit vim negativam adjectivi ἀναιμάκτῳ. Sensus est, *cruentis manibus domum ante lucem redibo.* Si legeretur μόλῃ, sensus esset, *incruentis manibus domum ante lucem non redibo.* Illud putantis est se rediturum, hoc nescientis utrum rediturus sit, necne. Minime autem prætermittendum est in hac disputatione, pro subjunctivo haud raro usurpari infinitivum, licet subjunctivus pro infinitivo nunquam, quod sciam, usurpetur. Noster v. 92. οὐδὲ παύσεται | χόλου, σάφ' οἶδα, πρὶν κατασκῆψαί τινα. Quem infinitivum nemo sollicitabit, qui sciat Æschylum in simili locutione dixisse θρασυνθῆναι Suppl. 779. βαλεῖν Theb. 1056. ἐξαφρίζεσθαι Agam. 1076. Sophoclem κλύειν Trach. 197. εἰδέναι ibid. 632. ἰδεῖν Aj. 1419. Euripidem θέσθαι Herc. 605. προσιδεῖν Cresphonte IV. 6. In hac enumeratione duo loca consulto omisi, quæ digna sunt ut integra apponantur. Euripides Alc. 358. εἰ δ' Ὀρφέως μοι γλῶσσα καὶ μέλος παρῆν, | ὥστ' ἢ κόρην Δήμητρος, ἢ κείνης πόσιν, | ὕμνοισι κηλήσαντά, σ' ἐξ Ἄϊδου λαβεῖν, | κατῆλθον ἄν. καί μ' οὔθ' ὁ Πλούτωνος κύων, | οὔθ' οὐπὶ κώπῃ ψυχοπομπὸς ἂν Χάρων | ἔσχον, πρὶν εἰς φῶς σὸν καταστῆσαι βίον. Incertus Rhes. 59. εἰ γὰρ φαεννοὶ μὴ ξυνέσχον ἡλίου | λαμπτῆρες, οὐκ ἂν ἔσχον εὐτυχοῦν δόρυ, | πρὶν ναῦς πυρῶσαι, καὶ διὰ σκηνῶν μολεῖν | κτείνων Ἀχαιοὺς τῇδε πολυφόνῳ χερί. Nullus hic subjunctivo locus est, neque,

ut mihi videtur, optativo. Postulat linguæ indoles, ut aut infinitivus adhibeatur, aut indicativus, *κατέστησα, ἐπύρωσα, ἔμολον.* Demosthenes adv. Leptinem p. 486. ed. Reisk. *χρῆν τοίνυν Λεπτίνην μὴ πρότερον τιθέναι τὸν ἑαυτοῦ νόμον, πρὶν ἢ τὸν παλαιὸν τοῦτον ἔλυσε.* Quo exemplo utitur Zeunius ad Vigerum p. 442.

v. 248. *ἢ πρὸς φίλον τίν', ἢ πρὸς ἥλικας τραπείς.*] Malim cum plerisque libris *φίλων τίν'*. Vide ad Sophoclis Aj. 998. Mus. Crit. I. p. 368. Lenissima Porsoni emendatione *ἥλικας* repudiata, *ἥλικα* revocarunt Zimmermannus et Matthiæ. Saltem sibi constare debebant docti homines. Si hic recte legitur *ἥλικα τραπεὶς*, non eraut sollicitanda *παρέδωκε τρέφειν* Or. 64. et similia.

v. 263. *πόσιν δίκῃ τῶνδ' ἀντιτίσασθαι κακῶν,*] An legendum *δίκην*? Loca nonnulla pro accusativo facientia collegi ad Heracl. 852. Infra v. 1313. *δίκην*, quod habent edd. omnes ante Brunckium, in *δίκῃ* mutandum putavit Reiskius. Accusativum in hujusmodi locis nullo pacto cum Græcæ linguæ legibus conciliari posse contendit Hermannus Observatt. Crit. in quosdam locos Æsch. et Soph. p. 64. Quod moneo, non ut summo viro vetères errores suos exprobrem, sed ut ostendam, quam facile librariis fraudi esse potuerit hæc constructio. Nihil annotavit Hermannus ad Herc. 168. *Οὐκ οὖν, τραφέντων τῶνδε, τιμωρούς ἐμοὺς* [f. *ἐμοί*) | *χρῄζω λιπέσθαι τῶν δεδραμένων δίκην.* Ubi verbale casum verbi sui regit. Vide ad Sophoclis Aj. 726. Mus. Crit. I. p. 365. ubi serius animadverti dativum *στρατῷ* jam a Schæfero occupatum esse.

v. 280. *ἐχθροὶ γὰρ ἐξίασι πάντα δὴ κάλων,*] Ἐξιᾶσι L. Porson. Recte. Sic etiam schol. et Barnesius. Ἐξίασι est ab ἔξειμι, ἐξιᾶσι ab ἐξίημι. Omnes edd. *ἀφιᾶσιν* Suppl. 242. *ἀφιᾶσιν* aut *ἀφιᾶσ'* Herc. 629.

v. 284. *Δέδοικά σ' (οὐδὲν δεῖ παραμπέχειν λόγους)*] Tres codices *παραμπίσχειν*, quod recte, meo quidem judicio, admisit Matthiæ. Ἀμπέχειν apud Euripidem nusquam legitur, *ἀμπίσχειν* sæpius. Consulatur index Beckianus vv. Ἀμπίσχειν, Ἐπαμπίσχειν, Καταμπίσχειν, Συναμπίσχεσθαι. Quod ad hunc locum monet Porsonus, tragicos *περιδεῖν* et similia non nisi in melicis usurpasse, id jam monuerat vir eruditus qui Etonensis hujus fabulæ editionis censuram dedit in *the Monthly Review*

t. LXXIV. p. 555. Cujus verba sunt: *But where does περὶ occur in composition before a word beginning with a vowel, in the tragic dialogue?*

v. 285. μή μοι τι δράσῃς παῖδ' ἀνήκεστον κακόν.] Vide an ad hunc versum pertineat scholiastæ annotatio ad v. 357. Οὐ γάρ τι δράσεις. Δίδυμος μετὰ τοῦτον φέρει τὸ, σιγῇ δόμους εἰσβᾶσ', ἵν' ἕστρωται λέχος, καὶ μέμφεται τοῖς ὑποκριταῖς ὡς ἀκαίρως αὐτὸν τάσσουσιν. Similia habet grammaticus ad v. 380. Ἡ θηκτὸν. ὧδε καλῶς κεῖται. Δίδυμος σημειοῦται ὅτι κακῶς οἱ ὑποκριταὶ τάσσουσιν ἐπὶ τῶν $\overline{\beta}$ τὸ, σιγῇ δόμους εἰσβᾶσα. Quid sit ἐπὶ τῶν $\overline{\beta}$ plane nescio. De versu σιγῇ—λέχος vide interpretes ad v. 40.

v. 292. κρεῖσσον δέ μοι νῦν πρός σ' ἀπέχθεσθαι, γύναι, | ἢ μαλθακισθέντ' ὕστερον μέγα στένειν.] Legendum πρὸς σ' ἀπεχθέσθαι. Præsens est ἀπεχθάνομαι ut αἰσθάνομαι, aoristus ἀπηχθόμην ut ἠσθόμην[1]. Legendum etiam ὀφλεῖν vv. 405. 1045. ἀνασχεθεῖν v. 1023. V. 1199. θίγειν Aldus, θιγεῖν recte Lascaris, Brunckius, et omnes post Brunckium.

v. 298. χωρὶς γὰρ ἄλλης, ἧς ἔχουσιν ἀργίας, | φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ.] Sumendum est ἄλλης πλεοναστικῶς, quod in locis nonnullis apud nostrum videor legisse. Porson. Infra v. 941. εἴπερ γυναικῶν ἔστι τῶν ἄλλων μία. Præter ea quæ notavit Weiskius v. Ἄλλος, consulendi interpretes ad Sophoclis Œd. T. 7. Præclare autem Zimmermannus ἀρετῆς pro ἀργίας, in quo explicando multum laborant interpretes. Eos qui philosophiæ literisque student, ἀργοὺς sæpe fieri, id est, rei familiaris negligentes, rebusque gerendis ineptos, communis hominum experientia docet. Lege disputationem Calliclis apud Platonem Gorgia p. 484. C. ab eo loco, ubi dicitur: φιλοσοφία γάρ τοι ἐστὶν, ὦ Σώκρατες, χάριεν, ἐάν τις αὐτοῦ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ. ἐάν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων. Lege etiam Routhii annotationem p. 440. sq.

---

1. Olim legebatur ἀπέχθομαι Hipp. 1260. ubi rectius nunc legitur ἐπάχθομαι. Cum vero hoc compositum exemplo carere videatur, et in cod. Flor. legatur ἀπάχθομαι, nescio an scripserit Euripides, οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ', οὔτ' ἄρ' ἄχθομαι, κακοῖς. Sophocles Phil. 345. λέγοντες, εἴτ' ἀληθὲς, εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην, κ. τ. λ.

v. 310. *σὺ γὰρ τί μ' ἠδίκηκας; ἐξέδου κόρην | ὅτῳ σε θυμὸς ἦγεν.*] Beckius, *τί γὰρ σύ μ' ἠδίκηκας*, nescio unde. Notandum autem *ἐξέδου* pro *ἐξέδωκας*, quod usurpat noster Suppl. 133. Τῷ δ' *ἐξέδωκας παῖδας Ἀργείων σέθεν*; Nequis *ἐξέδου* corruptum esse censeat, moneo *ἐκδόσθαι* exstare apud Platonem Legg. V. p. 740. C. *ἐξέδοτο* apud Demosthenem adv. Spudiam p. 1036.

v. 325. *Μὴ πρὸς σὲ* (malim *πρός σε*) *γούνων, τῆς τε νεογάμου κόρης.*] Omnes *γονάτων* præter Lascarin et Porsonum. Alterum non esse Atticum vehementer suspicor. De qua re aptior ad dicendum locus erit ad Phœn. 866.

v. 331. ΜΗ. *Φεῦ φεῦ, βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα.* | ΚΡ. *Ὅπως ἂν, οἶμαι, καὶ παραστῶσιν τύχαι.*] Anglice, *That is according as it happens.* Noster Tro. 1051. ΕΚ. *Οὐκ ἔστ' ἐραστὴς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ.* | ΜΕ. *Ὅπως ἂν ἐκβῇ τῶν ἐρωμένων ὁ νοῦς.*

v. 355. *θανεῖ. λέλεκται μῦθος ἀψευδὴς ὅδε.*] Ita MSS. Par. et ed. Lasc. *Οὐ ψευδὴς* Ald. PORSON. Eadem varietas in Or. 1625. ubi præstare videtur *οὐ ψευδής*. Nostro loco parum refert, sed in Herc. 1315. vulgata scriptura *οὐ ψευδεῖς* solœcam reddit orationem. Exempla vocalis *α* in diphthongum *ου* mutatæ dederunt Schæferus Meletem. Crit. p. 93. aliique. Apud Euripidem præter alia reperi *πολεμίους ἐπὶ χθονὸς* Med. 778. *ξένους θ' ὁμοῦ γυναῖκας* Suppl. 94. *κυρίους κραίνειν δίκας* Heracl. 144. (ubi recte Scaliger *κυρίας*). *ἐκ δ' ἐπίμπλαμεν δρόσου | κρατῆρας ἱερούς* Ion. 1194. *ἁπλοῦν—βιοτὰν* Herc. 663.

v. 387. *καὶ δὴ τεθνᾶσι. τίς με δέξεται πόλις; Fac mortuos esse,* Hermannus ad Vigerum n. 331. qui comparat Æschylum Eum. 897. *Καὶ δὴ δέδεγμαι. τίς δέ μοι τιμὴ μένει;* Vide etiam nostræ fabulæ v. 1104. Participio utitur Sophocles Œd. T. 838. *Πεφασμένου δὲ, τίς ποθ' ἡ προθυμία;*

v. 400. *πικρούς δ' ἐγώ σφι καὶ λυγρούς θήσω γάμους,*] *Σφι* pro *σφιν* e membranis primus dedit Brunckius, collato Sophocle Œd. C. 421. *Ἀλλ' οἱ θεοί σφι μήτε τὴν πεπρωμένην | ἔριν κατασβέσειαν*, &c. Utrobique *σφιν* legendum puto, quæ forma passim metro necessaria est, altera apud Atticos nusquam. Vide Æschylum Prom. 252. 456. Theb. 933. (nisi potius legendum *σφ'* pro *σφε*.) Pers. 761. 809. Sophoclem Œd. C. 444. 451. 1490. (ubi *σφιν* pro singulari *οἱ* usurpari monent grammatici) Aj. 570. El. 1070. Hoc dativo rarissime utitur

Euripides, neque alibi in integris fabulis, si bene memini, quam hic et Suppl. 769. Οἴμοι, *πόσῳ σφιν ξυνθανεῖν ἂν ἤθελον.*

v. 414. *ἀνδράσι μὲν δόλιαι βουλαί· θεῶν δ' | οὐκέτι πίστις ἄραρε. | τὰν δ' ἐμὰν εὔκλειαν ἔχειν βιοτὰν | στρέφουσι φᾶμαι.*] Vide an legendum *θεῶν τ'*, eodem argumento quo *ἀνακαλεῖ τε* v. 21. Malim etiam *στρέψουσι*. Præter antistrophicum versum 427. vide vv. 412. 422. 633. (*τόξων ἐφείης*) 641. (*εὐνὰς σεβίζουσ'*) 829. 840. qui omnes primam syllabam producunt. Futurum haud male sententiæ convenire, imo fortasse melius quam præsens, ostendunt sequentia ἕξει et *λήξουσι*. De permutatione literarum φ et ψ dixi ad v. 216. Minime autem silentio prætereunda est perelegans Reiskii conjectura, *τὰν δ' ἐμὰν εὐκλείᾳ στέφειν βιοτὰν | στρέφουσι* (*machinantur* vertit R.) *φᾶμαι*. Haud absurda lectio esset, *τὰν δ' ἐμὰν εὔκλειαν ἔχειν βιοτὰν | στέψουσι φᾶμαι*. Apud nostrum Archelao III. Barnesii emendationem *ἀναστέψαι* pro *ἀναστρέψαι* amplexus est Musgravius.

v. 421. *Μοῦσαι δὲ παλαιγενέων | λήξουσ' ἀοιδᾶν, | τὰν ἐμὰν ὑμνεῦσαι ἀπιστοσύναν.*] Ὑμνεῦσαι pro *ὑμνοῦσαι*. Similia sunt *εἰσοιχνεῦσιν* apud Æschylum Prom. 122. (consentiente Hesychio), *πολεύμεναι* ibid. 646. *ἀΰτευν* apud nostrum Hipp. 168. et fortasse alia, de quibus quid sentiam vix ipse satis scio. His longe insolentius videtur *μυθεῦσαι* pro *μυθεύουσαι* Iph. A. 789. ubi metrum incertum scripturam incertam reddit.

v. 439. *Βέβακε δ' ὅρκων χάρις, οὐδ' ἔτ' αἰδὼς | Ἑλλάδι τᾷ μεγάλᾳ μένει, αἰθερία δ' ἀνέπτα.*] Μίμνει edd. MSS. Melius metro quadrat *μένει*, quod habet D. Corripitur prima in *ὑμνήσω* Bacch. 72. notante Musgravio. PORSON. Falsum esse Musgravium contendit Erfurdtius ad Sophoclis Aj. 1066. qui tamen alia exempla majori fide, ut ipsi videtur, digna collegit. Sed de hac licentia nunc ne cogitandum quidem est. Nam, ut concedam *ὑμνῳδεῖ* et *μεμνῆσθαι* prima correpta ab Æschylo usurpari, non ita perverso judicio Euripidem fuisse arbitror, ut priorem in *μίμνει* corripere maluerit, quam alteram eandemque usitatiorem formam *μένει* adhibere. Hic igitur locus, ut videtur, notissimæ criticorum regulæ, vocabula rariora præferenda esse vulgatioribus[1], aperte adversatur. Idem dicendum de *ὑμνεῦσαι* v. 423. (modo scri-

1. Griesbachius Prolegom. ad N. T. p. 62. ed. 1796.

bendum sit *ὑμνοῦσαι*), *ζεύγλησι* v. 479. *χρυσεότευκτον* v. 980. et fortasse de aliis hujus fabulæ vocabulis. Grammatici veteres scilicet, secus ac multi putant, rariores et in prosa oratione minus usitatas vocabulorum formas data opera sectati sunt, quas pro communibus in poëtarum libris collocarent. Id sæpe fecisse recentiores grammaticos, quos criticos vulgo vocamus, extra controversiam est. Ut uno exemplo defungar, Barnesius, qui cuivis fere veterum magistrorum judicio par erat, *σπεύσει θανάτοιο τελευτὰν* dedit v. 153. idque et celato lectore, et metro violato, neque ullo libro consentiente. Sed magis poëticum ideoque Euripide dignius ei videbatur Homericum *θανάτοιο*, quam vulgare illud et in omnium ore tritum *θανάτου*. Quod fecit Barnesius, quidni fecerint Didymus, Dionysius, aliique homines veteris linguæ Attieæ ignarissimi? Vereor igitur ne nimium vulgatis libris tribuerit Matthiæ, qui *μίμνει* a Porsono expulsum revocavit[1]. Ceterum hinc emendandus noster Herc. 557. ubi legendum, *Αἰδώς γ' ἀποικεῖ τῆσδε τῆς χθονὸς πρόσω*. Vulgo *τῆσδε τῆς θεοῦ*. Utrobique Hesiodum Opp. 195. respexit poëta.

v. 449. *σοὶ γὰρ παρὸν γῆν τήνδε καὶ δόμους ἔχειν, | κούφως φερούσῃ κρεισσόνων βουλεύματα, | λόγων ματαίων οὕνεκ' ἐκπεσεῖ χθονός.*] Cum *σὺ* et *σοὶ* passim invicem permutentur, malim, *σὺ γὰρ, παρὸν γῆν τήνδε καὶ δόμους ἔχειν*. Hoc si placet, legendum etiam *φέρουσαν*: non quo ferri nequeat *φερούσῃ*, sed quia accusativus longe melior est, nisi præcedat *ἐμοὶ, σοὶ, αὐτῷ*, vel aliquid ejusmodi, ut supra v. 373. *ὥστ' ἐξὸν αὐτῷ ταῦτ' ἐλεῖν βουλεύματα | γῆς ἐκβαλόντι, τήνδ' ἀφῆκεν ἡμέραν* &c. Ubi accusativum sine consensu librorum reponere nolim, licet exempla ejus structuræ passim occurrant. Vide ad v. 1233. Quinquies in hac fabula, ni fallor, accusativum habet Porsonus, ubi dativum dederit Aldus, vv. 57. 60. 586. 658. 662.

v. 452. *κἀμοὶ μὲν οὐδὲν πρᾶγμα. μὴ παύσῃ ποτὲ | λέγουσ', Ἰάσων ὡς κάκιστος ἔστ' ἀνήρ.*] Malim, *λέγουσ' Ἰάσον', ὡς κάκιστός ἐστ' ἀνήρ*. Ita v. 250. *λέγουσι δ' ἡμᾶς, ὡς ἀκίνδυνον*

---

1. Monendi sunt lectores, ne contextus Porsoniani collationi, quam dedit Matthiæ, nimium confidant, neque ex hujus silentio consensum duarum editionum præsumant. Nostro loco *μίμνει*, v. 629. *ἀνδράσιν* sine præpositione, v. 655. *ὤκτειρεν*, et fortasse alia, lectore non monito scripsit Matthiæ.

βίον | ζῶμεν κατ' οἴκους, οἱ δὲ μάρναντα δορί. Sic etiam Sophocles El. 520. *καίτοι πολλὰ πρὸς πολλούς με δὴ | ἐξεῖπας, ὡς θρασεῖα, καὶ πέρα δίκης | ἄρχω, καθυβρίζουσα, καὶ σὲ καὶ τὰ σά.* Ibid. 552. *Ἐρεῖς μὲν οὐχὶ νῦν γέ μ', ὡς ἄρξασά τι | λυπηρόν, εἶτα σοῦ τάδ' ἐξήκουσ' ὕπο.* Euripides Alc. 661. *οὐ μὴν ἐρεῖς γέ μ', ὡς ἀτιμάζων τὸ σὸν | γῆρας, θανεῖν προύδωκά σ'.* Andr. 646. *Τί δῆτ' ἂν εἴποις τοὺς γέροντας, ὡς σοφοί.* Aristophanes Nub. 95. *ἐνταῦθ' ἐνοικοῦσ' ἄνδρες, οἳ τὸν οὐρανὸν | λέγοντες ἀναπείθουσιν, ὡς ἔστιν πνιγεύς.* Ordo est, *οἳ λέγοντες τὸν οὐρανὸν, ὡς πνιγεύς ἐστιν, ἀναπείθουσιν.* Ibid. 961. *Λέξω τοίνυν τὴν ἀρχαίαν παιδείαν, ὡς διέκειτο.* Av. 651. *ὅρα νυν, ὡς ἐν Αἰσώπου λόγοις | ἐστὶν λεγόμενον δή τι, τὴν ἀλώπεχ', ὡς | φλαύρως ἐκοινώνησεν ἀετῷ ποτε.* In re notissima, plura fortasse quam oportuit exempla attuli.

v. 499. *ἄγ', ὡς φίλῳ γὰρ ὄντι σοι κοινώσομαι, | δοκοῦσα μή τι πρός γε σοῦ πράξειν καλῶς, | ὅμως δ' ἐρωτηθεὶς γάρ αἰσχίων φανεῖ·*] Omnes fere libri *δοκοῦσα μέν τι.* Lego, *δοκοῦσα μὲν τί πρός γε σοῦ πράξειν καλῶς;* *Τί* pro *οὐδέν*, ut supra v. 310. *σὺ γὰρ τί μ' ἠδίκησας;* Vide ad v. 648. Quid legerit scholiastes nostro loco difficile est judicare.

v. 509. *τοιγάρ με πολλαῖς μακαρίαν ἀν' Ἑλλάδα | ἔθηκας ἀντὶ τῶνδε.*] Fluctuant libri inter *ἀν'* (*καθ'* membr.) *Ἑλλάδα* et *Ἑλληνίδων.* Hoc habent omnes impressi ante Porsonum excepto Lascari. Neque stare potest altera scriptura, ut mihi quidem videtur, nisi legatur *πολλοῖς.* Ita Megara ad maritum Herc. 492. *θνήσκει πάτηρ σὸς καὶ τέκν', ὄλλυμαι δ' ἐγώ, | ἢ πρὶν μακαρία διὰ σ' ἐκληζόμην βροτοῖς.*

v. 522. *Δεῖ μ', ὡς ἔοικε, μὴ κακὸν φῦναι λέγειν,*] *Ἔοικα* ed. Musgr. typorum errore, quod notari meretur, ne quis falsa elegantiæ specie ludatur. PORSON. Similia monet Brunckius, qui docet vulgatam in membranis exhiberi. Musgravium *ἔοικα* consulto dedisse suspicor, licet in annotatione hanc varietatem cum multis aliis silentio præterierit. Ita noster v. 338. *Ὄχλον παρέξεις, ὡς ἔοικας, ὦ γύναι.* Herodotus I. 155. *οὐ παύσονται οἱ Λυδοὶ, ὡς οἴκασι, πρήγματα παρέχοντες καὶ αὐτοὶ ἔχοντες.* Plura dedi ad Heracl. 681.

v. 532. *ἀλλ' οὐκ ἀκριβῶς αὐτὰ θήσομαι λίαν.*] Non invitus legerem *αὖτ' ἀθρήσομαι,* si mihi exemplum hujus futuri innotuisset. Sed nusquam inveni vel activum vel medium hujus verbi,

futurum. PORSON. Naumachius v. 26. ed. Gaisford. *κουρίδιος πινυτῆ πόσις ἄρκιος, οὐδέ τ' ἐκείνην | δεύτερος ἀθρήσει λεχέων ἔπι γυμνωθεῖσαν.*

v. 559. *ἀλλ' ὡς, τὸ μὲν μέγιστον, οἰκοῖμεν καλῶς, | καὶ μὴ σπανιζοίμεσθα, (γιγνώσκων ὅτι | πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος) | παῖδας δὲ θρέψαιμ' ἀξίως δόμων ἐμῶν, | σπείρας τ' ἀδελφοὺς τοῖσιν ἐκ σέθεν τέκνοις, | εἰς ταυτὸ θείην, καὶ ξυναρτήσας γένος, | εὐδαιμονοίην. σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ, | ἐμοί τε λύει τοῖσι μέλλουσιν τέκνοις | τὰ ζῶντ' ὀνῆσαι. μῶν βεβούλευμαι κακῶς;]* I. Vide an legendum *πᾶς τις— φίλων.* Huc refer monitum meum ad v. 248. Ita Sophocles El. 984. *τοιαῦτά τοι νὼ πᾶς τις ἐξερεῖ βροτῶν.* Euripides Fragm. incert. LXXVIII. *Ὦ γῆρας, οἵαν ἐλπίδ' ἡδονῆς ἔχεις. | καὶ πᾶς τις εἰς σὲ βούλετ' (f. εἰς σ' ἕτοιμος) ἀνθρώπων μολεῖν | λαβὼν δὲ πεῖραν, μεταμέλειαν λαμβάνει.* Aristophanes Vesp. 622. *ἤν γ' οὖν ἡμεῖς θορυβήσωμεν, | πᾶς τις φησὶν τῶν παριόντων, | Οἷον βροντᾷ τὸ δικαστήριον.* Ran. 980. *Νὴ τοὺς θεούς, νῦν γ' οὖν Ἀθη|ναίων ἅπας τις εἰσιὼν | κέκραγε πρὸς τοὺς οἰκέτας.* Herodotus III. 113. *νῦν δ' ἅπας τις τῶν ποιμένων ἐπίσταται ξυλουργέειν ἐς τοσοῦτο.* Aliter tamen Aristophanes Av. 526. *πᾶς τις ἐφ' ὑμῖν ὀρνιθευτὴς | ἵστησι βρόχους, παγίδας, ῥάβδους.* II. Summa hujus orationis est, tantum abesse ut novæ Jasonis nuptiæ priori uxori liberisque ejus quidquam detrimenti allaturæ sint, ut eorum præcipue commodo prospiciens hanc cum regibus affinitatem contraxerit. Conferantur omnino vv. 547—550. 593—597. Quod cum ita sit, quidni *εὐδαιμονοῖμεν* dixerit, ut *οἰκοῖμεν* et *σπανιζοίμεσθα*? Æschylus Eum. 141. *Εὕδεις; ἀνίστω, κἀπολακτίσασ' ὕπνον, | ἰδώμεθ' εἴτι τοῦδε φροιμίου ματᾷ.* Sophocles Phil. 645. *Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, στείχωμεν, ἔνδοθεν λαβὼν | ὅτου σε χρεία καὶ πόθος μάλιστ' ἔχει*[1]. Aristophanes Av. 202. *δευρὶ γὰρ ἐμβὰς αὐτίκα μάλ' εἰς τὴν λόχμην, | ἔπειτ' ἀνεγείρας τὴν ἐμὴν ἀηδόνα, | καλοῦμεν αὐτούς.* Ubi vide Brunckii annotationem. III. Non intelligo quam vim habeant verba *σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ* in hoc

1. Quæ ad hunc locum annotavit Erfurdtius, nihil ad rem sunt. In illo enim, *ἥλιον μαρτυρόμεσθα δρῶσ', ἃ δρᾶν οὐ βούλομαι,* et similibus, formam quidem pluralem habet verbum, significationem autem singularem.

argumento, quamvis bene dicatur τί γάρ μ' ἔδει παίδων Suppl. 789. Heathio placet Buchanani interpretatio: *liberis sane tibi Haud opus est aliis, mihi vero utile est Consulere natis per futura pignora.* Quem sensum, absurdum quidem illum et a Medeæ placandæ proposito alienissimum, si exprimere voluisset Jason, σοί τε γὰρ παίδων ἄλις potius dixisset. Confer v. 558. Alc. 335. An legendum, σοί τε γὰρ παίδων μέλει? Anglice, *for both you have the interest of your children at heart.* Μέλει pro με δεῖ habent edd. pleræque Hel. 1440[1]. με δεῖ pro τί δεῖ omnes Iph. A. 1144. Ceterum vulgata scriptura plus uno nomine in suspicionem venit. Quanquam enim bene Græca est locutio δεῖ σοι τοῦδε, alteram δεῖ σε τοῦδε tantum non semper usurpat Euripides. Vide Valckenarium ad Hippol. 23. Porsonum ad Or. 659[2].

573. χρῆν ἄρ' ἄλλοθέν ποθεν βροτοὺς | παῖδας τεκνοῦσθαι, θῆλυ δ' οὐκ εἶναι γένος.] Γὰρ mutavi in ἄρ', quod γνωμικώτερον. PORSON. Zimmermannus et Matthiæ γὰρ, ut vulgo. Noster Hipp. 253. χρῆν γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλους | φιλίας θνητοὺς ἀνακίρνασθαι. Phœn. 1620. Ταρτάρου γὰρ ὤφελεν | ἐλθεῖν Κιθαιρὼν εἰς ἄβυσσα χάσματα. Vide ad v. 122.

v. 579. Ἦ πολλὰ πολλοῖς εἰμι διάφορος βροτῶν.] Διάφορος cum dativo alibi occurrat, hac significatione, necne, nequeo dicere. Cum genitivo jungi docet Matthiæ Gramm. Gr. §. 344.

v. 593. Εὖ νυν τόδ' ἴσθι, μὴ γυναικὸς οὕνεκα | γῆμαί με λέκτρα βασιλέως, ἃ νῦν ἔχω.] Vereor ut dici possit λέκτρα βασιλέως eodem sensu quo dicitur παῖδα βασιλέως v. 554. Si sensus esset γῆμαι γυναῖκα βασιλέως, vulgatam defenderent Menelai verba Hel. 790. Ἦ γὰρ γαμεῖν τις τἄμ' ἐβουλήθη λέχη; Sed ibi de Helena sermo est, non de Hermiona. Nostro loco,

---

1. Ibid. 341. legendum, Θέλουσαν οὔ με δῖς (vulgo οὐ μόλις) καλεῖς.

2. Præter nostrum locum, verba ἓν δεῖ μόνον μοι Suppl. 594. ex Euripide attulit Matthiæ Gramm. Gr. §. 385. 9. Sed non animadvertit vir eruditus, δεῖ in hac locutione non esse verbum impersonale, quod si adhibuisset poëta, genitivum ἑνὸς μόνου posuisset. Tantum abest ut dativo offendar in locutione ἓν δεῖ μόνον μοι, ut vix putem Græcum esse ἓν δεῖ μόνον με. Hoc omisso, citare poterat nostrum Æolo III. 3. ἀλλ' ὧν πόλει δεῖ μεγάλα βουλεύοντες εὖ. Nisi forte legendum πόλιν. Dativum habet Æschylus Agam. 857. ὅτῳ δὲ καὶ δεῖ φαρμάκων παιωνίων. (Hoc exemplum attulit Matthiæ.) Sophocles El. 612. Ποίας δέ μοι δεῖ πρός γε τῆνδε φροντίδος. Aristophanes Nub. 1034. Δεινῶν δέ σοι βουλευμάτων ἔοικε δεῖν πρὸς αὐτόν.

si per metrum liceret, libenter reponerem λέκτρα βασιλίδος aut λέκτρα βασιλείας. Horum utrumque cum in carminis legem peccet, scribendum censeo λέκτρα βασιλέων. Singulare βασιλεὺς *regem* semper significat, plurale βασίλῆς interdum *reginam*. Noster Tro. 99. οὐκέτι Τροία | τάδε, καὶ βασιλῆς ἐσμεν Τροίας. Hecuba de sua fortuna loquitur. Simili ratione plurale δεσπόταις *heræ* significat Med. 819. ubi δεσποίνῃ metro, δεσποίναις metro simul et sententiæ adversaretur. Huc refer Porsoni annotationem ad Hec. 509. Med. 763. ceterosque quos laudat Hermannus ad Vigerum n. 50.

v. 600. Οἶσθ' ὡς μετεύξει καὶ σοφώτερα φανεῖ; | τὰ χρηστὰ μή σοι λυπρὰ φαινέσθω ποτὲ, | μηδ' εὐτυχοῦσα δυστυχὴς εἶναι δόκει.] Φαίνεσθαι et δοκεῖν Reiskius, ut pendeant a μετεύξῃ PORSON. Οἶσθ' ὡς μέτευξαι legendum monui ad Sophoclis Œd. T. 543. ubi omnia hujus structuræ exempla quæ apud Atticos poëtas repereram indicavi. Quorum nullum est quin post priorem imperativum, qui nostro loco est μέτευξαι, aut statim, aut aliquibus vocibus διὰ μέσου interjectis, alterum imperativum, vel etiam plures, ut hic φαινέσθω et δόκει, exhibeat. Reiskii igitur conjectura non solum inutilis est, sed etiam perniciosa. Διὰ μέσου sunt verba καὶ σοφωτέρα φανεῖ, ut in Tro. 721. ἀλλ' ὡς γενέσθω, καὶ σοφωτέρα φανεῖ, | μήτ' ἀντέχου τοῦδ', εὐγενῶς δ' ἄλγει κακοῖς, | μήτε, σθένουσα μηδὲν, ἰσχύειν δόκει. Præter scriptores a me allegatos, videantur Hermannus ad Vigerum n. 143. Matthiæ Gramm. Gr. §. 511. 4. Ceterum non solum dicebatur οἶσθ' ὡς ποίησον, sed et οἶσθ' ὡς μὴ ποιήσῃς. Sophocles Œd. C. 75. Οἶσθ', ὦ ξέν', ὡς νυν μὴ σφαλῇς, (ἐπεί-περ εἶ | γενναῖος, ὡς ἰδόντι, πλὴν τοῦ δαίμονος) | αὐτοῦ μέν', οὗπερ καφάνῃς, ἕως ἐγὼ &c.

v. 630. Κύπρις, οὐκ ἄλλα θεὸς εὔχαρις οὕτω.] Hic versus male vulgo in duos divisus est. Similes sunt 973. 974. Sophocles Ant. 582. οἷς γὰρ ἂν σεισθῇ θεόθεν δόμος, ἄτας. Trach. 502. οὐ Ποσειδάωνα τινάκτορα γαίας. Euripides Hec. 893. Σὺ μὲν, ὦ πατρὶς Ἰλιὰς, | τῶν ἀπορθήτων πόλις οὐκέτι λέξει. | τοῖν Ἑλλάνων νέφος ἀμφί σε κρύπτει, | δορὶ δῃ, δορὶ πέρσαν. Ita recte, quod ad versuum distributionem attinet, edd. ante Canterum et quas nuper dederunt Hermannus et Matthiæ.

v. 632. μήποτ', ὦ δέσποιν', ἐπ' ἐμοὶ χρυσέων | τόξων ἐφείης, | ἰμέρῳ χρίσασ', ἄφυκτον οἰστόν.] Ita distribuendi videntur hi tres versiculi, quorum primus proxime superiori similis est,

nisi quod ille syllaba longior est. Utrumque metrum eodem ordine sistit Æschylus Prom. 525: Μηδάμ' ὁ πάντα νέμων | θεῖτ' ἐμᾷ γνώμᾳ κράτος ἀντίπαλον Ζεύς. | μηδ' ἐλινύσαιμι θεοὺς ὁσίαις | θοίναις ποτινισσομένα | βουφόνοις, παρ' Ὠκεανοῖο πατρὸς ἄσβεστον πόρον. Verbis βουφόνοις—πόρον respondet in antistropho versus ejus metri de quo nunc agitur, μυρίοις μόχθοις διακναιόμενον. Similes sunt in nostra fabula v. 413. καὶ δίκα καὶ πάντα πάλιν στρέφεται. v. 416. τὰν δ' ἐμὰν εὔκλειαν ἔχειν βιοτάν. v. 821. καὶ θεῶν παῖδες μακάρων, ἱερᾶς. Adde Alc. 592. 593, &c. Si quis autem objiciat, vocabula στρέφεται, βιοτὰν, ἱερᾶς, anapæstos esse, χρυσέων autem aut creticum aut spondeum, sciat χρυσέων anapæstum esse hic et infra v. 974. δέξεται νύμφα χρυσέων ἀναδεσμῶν. Priori versui respondet in antistropho, προσβάλοι δεινὰ Κύπρις, ἀπτολέμους δ'[1], alteri, νερτέροις δ' ἤδη πάρα νυμφοκομήσει. Conferat etiam Sophoclem Œd. T. 158. 188. Ant. 103. Euripidem. Iph. A. 1051. Iph. T. 1253. Tro. 520. 856. (ubi χρύσεος in κρόκεος metri caussa mutavit Barnesius) Bacch. 373. (ubi legendum videtur, χρύσεα σκῆπτρα φέρεις) Heracl. 916. Herc. 351. 396. El. 192.

v. 648. θανάτῳ, θανάτῳ πάρος δαμείην, | ἀμέραν τάνδ' ἐξανύσα|σα. μόχθων δ' οὐκ ἄλλος ὕπερ|θεν, ἢ γᾶς πατρίας στέρεσθαι.] Idem versuum numerus in vulgatis libris, sed aliter distributi. Vide antistrophum. Particulam δ' post μόχθων omittit liber cujus collatio a Porsono C. appellatur, consentiente scholiasta. Sed metro convenientius esset μόχθων τίς ἄλλος ὕπερθεν, cui scripturæ speciem addit similis locus El. 1314. Καὶ τίνες ἄλλαι στοναχαὶ μείζους | ἢ γῆς πατρίας ὅρον ἐκλείπειν; *Sæpe interrogativam expulit negativa*, inquit Porsonus ad Hec. 296[2].

654. σὲ γὰρ οὐ πόλις, οὐ φίλων τις | ὤκτισεν παθοῦσαν | δεινότατα παθέων.] Δεινότατα pro δεινότατον e membranis primus dedit Brunckius, idque a metro requiri monuit. Idem

1. Frustra ἀλλ' ἀπολέμους pro ἀπτολέμους δ' Porsonus in annotatione.

2. Euripides Œdipo VIII. νοῦν χρὴ θεᾶσθ'. οὐδέν τι τῆς εὐμορφίας | ὄφελος, ὅταν τις μὴ φρένας καλὰς ἔχῃ. Erfurdtius ad Sophoclis Aj. 150. p. 518. τὸν νοῦν θεᾶσθ' (i. e. θεᾶσθε) reponit. Malim, νοῦν χρὴ θεᾶσθαι, νοῦν. τί τῆς εὐμορφίας, &c. Ita Antiopa XIX. εἰ νοῦς ἔνεστιν. εἰ δὲ μή, τί δεῖ καλῆς | γυναικὸς, εἰ μὴ τὰς φρένας χρηστὰς ἔχει.

in strophico versu 647. tacite dedit *οἰκτρότατον* pro vulgato *οἰκτροτάτων*. Vetus scriptura utrobique revocanda, Porsono non invito. Noster El. 1226. *δεινότατον παθέων ἔρεξας*.

v. 687. *Τί γὰρ σὸν ὄμμα χρώς τε συντέτηχ' ὅδε;*] *Ὅδε*, si bene, est ex antiqua scriptura, quæ *ω* non habebat, sed pro eo *ο* exarabat. REISKE. Qui vidit *ὅδε* hic pro *οὕτως* usurpari. Sic etiam *τήνδε* v. 901. *ὄψιν τέρειναν τήνδ' ἔπλησα δακρύων*. Quam pronominis *ὅδε* significationem non attigit Matthiæ Gramm. Gr. §. 470. neque quisquam alius eorum qui de hac re scripserunt.

v. 744. *Ὄμνυ πέδον γῆς, πατέρα θ' ἥλιον πατρὸς*] *Ὄμνυε* Lasc. quod metrum quidem non corrumpit, quanquam alterum vel in hac parte præstat. Sed in tironum gratiam observandum est, hac forma, ea nempe, ubi *νω* pro *νμι* in fine verbi ponitur, nunquam uti Tragicos; rarissime veteres Comicos; sæpius mediæ, sæpissime novæ Comœdiæ poëtas. PORSON. Unum quod in integris fabulis reperit Porsonus exemplum, est *συμπαραμιγνύων* apud Aristophanem Plut. 719. Alterum *ὀμνύῃ*, quod in ejus Avibus occurrere monet, non afferendum erat. Verba enim in *νμι* nullam aliam subjunctivi aut optativi formam apud Atticos habent, præter eam quæ a præsenti in *ύω* derivatur. Nec dubitandum est, quin unusquisque tragicorum aut veterum comicorum libenter *ὀμνύῃ* dicturus fuerit, si subjunctivum imperfectum[1] hujus verbi alicubi postulasset sententia. Quod ad *ὄμνυε* attinet, ne Menandrum quidem aut Philemonem ea forma usuros fuisse arbitror, licet *ὀμνύει, ὀμνύοντες, ὀμνύοντι, ὀμνύουσι*, legantur in comicorum fragmentis apud Stobæum pp. 121. 123. ed. Grot. Hanc enim formam nunquam usurpasse videntur scenici poëtæ in iis terminationibus quæ brevem syllabam habent post *υ*, ut *ὀμνύομεν, ὀμνύετε, ὤμνυον, ὤμνυες*, &c. *Ἀπώλλυον* vulgo legitur in Menandri loco quo utitur Athenæus p. 502. E. Sed *ἀπολλύων* sensu postulante reposuit Bentleius n. 153.

v. 750. *Ὄμνυμι γαῖαν, ἡλίου θ' ἁγνὸν σέβας, | θεούς τε πάντας, ἐμμένειν ἃ σου κλύω.*] Noster Phœn. 1255. *ἐπὶ τοῖσδε*

---

1. Subjunctivum imperfectum appello *ὀμνύῃ*, perfectum *ὀμόσῃ*, plusquam perfectum *ὀμωμοκὼς ᾖ*. Si mea auctoritas apud grammaticos valeret, Græcorum *ἀόριστον* *præteritum perfectum*, eorum *παρακείμενον* *præsens plusquam perfectum* appellaremus. Sed de hac re alio loco.

δ' ἐσπείσαντο, κἀν μεταιχμίοις | ὅρκους ξυνῆψαν ἐμμένειν στρατηλάται.' Leve vitium, ἐμμένειν pro ἐμμενεῖν, ab omnibus editoribus utrobique relictum est.

v. 760. ἐπεὶ γενναῖος ἀνὴρ, | Αἰγεῦ, πὰρ' ἐμοὶ δεδόκησαι.] Nihil de hac locutione interpretes. Similis est δόξας ἀνὴρ ἄριστος Tro. 395. Utrobique subauditur εἶναι. Sic etiam Hipp. 400. τρίτον δ', ἐπειδὴ τοισίδ' οὐκ ἐξήνυτον | Κύπριν κρατῆσαι, καθανεῖν ἔδοξέ μοι | κράτιστον. οὐδεὶς ἀντερεῖ βουλεύμασιν.

v. 777. παῖδας δὲ μεῖναι τοὺς ἐμοὺς αἰτήσομαι' | οὐχ ὡς λιποῦσα πολεμίας ἐπὶ χθονὸς | ἐχθροῖσι παῖδας τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι, | ἀλλ' ὡς δόλοισι παῖδα βασιλέως κτάνω.] Exspectasses οὐχ ὡς λείψουσα. Noster Tro. 740. ὦ λέκτρα τἀμὰ δυστυχῆ τε καὶ γάμοι, | οἷς ἦλθον εἰς μέλαθρον Ἕκτορός ποτε, | οὐχ ὡς σφάγιον Δαναΐδαις τέξουσ' ἐμὸν, | ἀλλ' ὡς τύραννον Ἀσιάδος πολυσπόρου. Ita Aldus. Qui σφαγεῖον reponunt, vocabula diversæ significationis Musgravio, Burgesio, mihique confundere videntur. Si recte se haberet λιποῦσα in Medea, facile in Troasi reponi posset, οὐχ ὡς τεκοῦσα σφάγια Δαναΐδαις ἐμὸν (sub. παῖδα). Sed neuter locus sanus videtur. Parco conjecturis, quæ ne mihi quidem ipsi magnopere placent. Nostro loco Burgesius οὐχ ὡς λίπω σφε.

v. 781. πέμψω γὰρ αὐτοὺς δῶρ' ἔχοντας ἐν χεροῖν, | λεπτόν τε πέπλον καὶ πλόκον χρυσήλατον.] Delevi, Valckenaerio mopente [ad Phœn. 1286.], versum qui hunc [781.] sequebatur in editis, sed qui versum 782. sequitur in A. νύμφῃ φέροντας, τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα. PORSON. Schol. Τήνδε μὴ φυγεῖν χθόνα. γράφεται δῆθεν δή, ἵν' ᾖ ἀντὶ τοῦ ὡς δή. Scribendum, γράφεται, δῆθεν * * * * * δῆθεν δὲ, ἵν' ᾖ ἀντὶ τοῦ ὡς δή. Utinam variam lectionem indicare contentus, particulam δῆθεν explicare supersedisset grammaticus. Hæc enim explicatio in caussa fuit, ut scriba alterum δῆθεν cum verbis interjacentibus omitteret[1]. Scripsit Euripides, ni fallor, πέμψω γὰρ

1. Similem errorem a Bentleio, Tyrwhitto, Porsono, ceterisque omnibus qui hanc artem exercuerunt, silentio præteritum, hac arrepta occasione corrigam. In libro Anglico cui titulus *The Historical Register for the Year* 1737. legitur p. 9. Diarii, quod dicitur, Chronologici: *At Chiswick, Mr. Samuel Righton, wholesale Pewterer on Fish-street-hill, to Miss Juliana Revell, Esq. Citizen and Merchant of*

αὐτοὺς δῶρ' ἔχοντας ἐν χεροῖν, | λεπτόν τε πέπλον καὶ πλόκον χρυσήλατον | νύμφῃ φέροντας δῆθεν * * * * *. Deest ἱκεσίῳ λόγῳ, vel aliquid ejusmodi, cujus explicandi caussa verba τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα e vv. 936. 939. margini primum adscripta sunt, postea in contextum irrepserunt. Suidas: Δῆθεν. ὡς δήφησι. τοῦτο δὲ προσποίησιν ἀληθείας ἔχει, δύναμιν δὲ ψευδοῦς.——προέτεινα τὰς χεῖρας, ἱκετεύων δῆθεν. Exempla Euripidea suppeditabit index Beckianus. Ὡς δὴ eadem significatione noster Hec. 1134. et alibi passim.

v. 788. τέκνα γὰρ κατακτενῶ | τἄμ'. οὔτις ἐστὶν, ὅστις ἐξαιρήσεται.] Nonnihil dixi de hoc loco ad Heracl. 977. Aut οὔτις ἐστὶν, ὃς ἐξαιρήσεται, aut οὐκ ἔστιν, ὅστις ἐξαιρήσεται dictum oportebat. Nec male legeretur οὐδείς ἐστιν, ὅστις ἐξαιρήσεται, si per metrum liceret. Vulgatam tamen sollicitare supersedeo.

v. 797. δόμους πατρῴους, ἀνδρὸς Ἕλληνος λόγοις] Hic versus e Paulli Stephani et Barnesii editionibus excidit, monente Musgravio. PORSON. Imo v. 786. (795. Musgr.) ἐνταῦθα μέντοι τόνδ' ἀπαλλάσσω λόγον. Error est Porsoni, non Musgravii.

v. 812. Ἀλλὰ κτανεῖν σὼ παῖδε τολμήσεις, γύναι;] Σὸν σπέρμα Ald. Σοὺς παῖδας Fl. P. Σὼ παῖδε A. B. D. L. PORSON. Præter codices et Lascarin, σὼ παῖδε habent Brunckius et post eum omnes. Sed animadvertendum est, Medeæ pueros, quorum toties fiat mentio in hac fabula, ne semel quidem παῖδε aut τέκνω numero duali appellari. Dativus παιδοῖν occurrit v. 1286. sed ibi de Inonis liberis sermo est. Revocanda igitur Aldina scriptura σὸν σπέρμα. Cui alteram σὼ παῖδε qui substituit, non meminerat Dejaniram dicere apud Sophoclem Trach. 303. ὦ Ζεῦ τροπαῖε, μήποτ' εἰσίδοιμί σε | πρὸς τοὐμὸν οὕτω σπέρμα χωρήσαντά ποι. Sic etiam Æschylus Suppl. 147. 157. σπέρμα σεμνᾶς μέγα ματρός. Ibid. 283. σπέρματ' εὐτέκνου βοός.

v. 815. Ἴτω. περισσοὶ πάντες οἱ 'ν μέσῳ λόγοι.] Legendum

London, an agreeable young Lady of great Merit, with a Fortune of £.6000. Quis non legendum videt, *to Miss Juliana Revell, daughter of —— Revell, Esq.* &c.?

e membranis ὀὺν, vel potius οὐν. Vide Præfat. ad Sophoclis Œd. T. p. 8. In Porsoni annotatione ad hunc versum *Ald.* pro *A.* habet ed. Londinensis, typographi fortasse vitio. Eadem editio alias nonnullas lectiones Aldo tribuit, de quibus ille ne somniavit quidem. Quales sunt ὁποῖαν v. 378. πάντες δ' ἔσ' v. 539. ἴιως v. 625. ἑστάλλης v. 666. φρενὸς v. 1048. Caussa horum errorum est Porsoni monitum ad v. 260. in appendice ed. Cantabrigiensis, *Parenthesis indicat Aldum cum Lascari consentire.* Quæ verba a Porsono ad unam tantum annotationem relata, nimis late sumsit qui ed. Londinensem curavit.

v. 818. λέξεις δὲ μηδὲν τῶν ἐμοὶ δεδογμένων, | εἴπερ φρονεῖς γ' εὖ δεσπόταις, γυνή τ' ἔφυς.] Nescio an solœcum sit μηδὲν hoc loco. Sophocles Ant. 96. πείσομαι γὰρ οὐ (malim οὖν) | τοσοῦτον οὐδέν, ὥστε μὴ οὐ καλῶς θανεῖν. Citat Matthiæ Gramm. Gr. §. 511. 5. Sophoclem Antig. 84. Ἀλλ' οὖν προμηνύσεις γε τοῦτο μηδενὶ | τοὖργον, κρυφῇ δὲ κεῦθε. Sed recte προμηνύσῃς edd. omnes, præter eas quæ Triclinianam recensionem exhibent. Addit Aristophanem Plut. 487. Ἀλλ' ἤδη χρῆν τι λέγειν ὑμᾶς σοφὸν, ᾧ νικήσετε τηνδί, | ἐν τοῖσι λόγοις ἀντιλέγοντες, μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδέν. Hic locus altero paullo difficilior est, nec tamen valde difficilis, modo ab anacoluthi figura, utilissima illa quidem grammaticis, auxilium petamus. Post verba χρῆν τι λέγειν ὑμᾶς σοφὸν sequi debebat μαλακὸν δ' ἐνδιδόναι μηδέν. Ante verba μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδὲν præcedere debebat ὅπως λέξετέ τι σοφόν. Duas locutiones sensu simillimas structura autem diversas miscuit poëta, antecedentibus verbis ex una, consequentibus ex altera desumtis. Utut de hoc statuatur, nostro loco legendum videtur λέξῃς δὲ μηδὲν &c. Ita θαυμάσῃς μηδὲν Iph. T. 1220. δακρύσῃς μηδὲν Tro. 458. δράσῃς μηδὲν Herc. 215. πάθητε μηδὲν ibid. 278. Dedit Aldus Or. 1614. μηδαμῶς δράσεις τάδε. Ion. 522. Παῦε, μὴ ψαύσας τὰ τοῦ θεοῦ στέμματα ῥήξεις χερί.

v. 820. Ἐρεχθεῖδαι τὸ παλαιὸν ὄλβιοι, | καὶ θεῶν παῖδες μακάρων, ἱερᾶς | χώρας ἀπορθήτου τ' ἀποφερβόμενοι] Quatuor versiculos in tres redegi. In primo Ἐρεχθεΐδαι legendum monui ad Iph. A. 225. Censuræ Trimestris tom. VII. p. 457. Nec displiceret τὸ παλαιόν τ' ὄλβιοι. Præter versum antistrophicum 831. vide vv. 972. 979. De metro secundi versus dixi ad v. 632. Tertius iambelegus est, cujus generis plures in primo

Ajacis Sophoclei μέλει reperiri monet Porsonus Præfat. ad Hec. p. xii.

v. 827. ἔνθα πόθ' ἁγνὰς | ἐννέα Πιερίδας Μούσας λέγουσι | ξανθὰν Ἁρμονίαν φυτεῦσαι.] Planissimus horum verborum sensus, Musas scilicet in Attica ex Harmonia natas esse, non ideo rejiciendus est, quia nemo præter Euripidem Musarum matrem Harmoniam appellavit, aut ipsas in Attica natas dixit. Tam multa enim receptæ mythologiæ contraria apud Euripidem reperiuntur, ut facile videas eum iu illa sententia fuisse, nihil esse in his rebus quod sibi permittere poëtæ non liceret. Quanquam fieri potest, ut quædam non sine auctore dixerit Euripides, quæ in hac veterum librorum penuria solo ipsius testimonio nitantur. Ceterum versum 827. cum duobus sequentibus in unum redegit Matthiæ. Rectius fecisset, si quatuor versus 826—829. binos conjunxisset, hoc modo: βαίνοντες ἀβρῶς αἰθέρος, ἔνθα πόθ' ἁγνὰς | ἐννέα Πιερίδας μούσας λέγουσι. Prior iambelegus est una syllaba addita. Sophocles Aj. 175. ὥρμασε πανδάμους ἐπὶ βοῦς ἀγελαίας. Alter asynartetus esse videtur, ex iisdem partibus constans quibus iambelegus, sed inverso ordine. Euripides Tro. 799. πρῶτον ἔδειξε κλάδον, γλαυκᾶς Ἀθάνας. Ion. 1048. Εἰνοδία θύγατερ Δάματρος, ἃ τῶν.

v. 831. Τοῦ καλλιναόυ τ' ἀπὸ Κηφισοῦ ῥοὰς | τὰν Κύπριν κλήζουσιν ἀφυσσαμέναν &c.] Sophocles Œd. C. 685. οὐδ' ἄϋπνοι | κρῆναι μινύθουσι, | Κηφισοῦ νομάδες ῥεέθρων, | ἀλλ' αἰὲν ἐπ' ἤματι | ὠκυτόκος πεδίων ἐπινίσσεται, | ἀκηράτῳ ξὺν ὄμβρῳ | στερνούχου χθονός. οὐδὲ μουσᾶν | γοροί νιν ἀπεστύγησαν, οὐδὲ | χρυσάνιος Ἀφροδίτα[1]. Vide an alter alterum imitatus sit. Utrobique enim Musarum, Veneris, et Cephisi mentio.

v. 842. Πῶς οὖν ἱερῶν ποταμῶν | ἡ πόλις, ἡ φίλων | πόμπιμός σε χώρα | τὰν παιδολέτειραν ἔξει,] Ordo est, πῶς οὖν ἡ πόλις ἱερῶν ποταμῶν, &c. Aristophanes Av. 417. Ὁρᾷ τι κέρδος ἐνθάδ' ἄξιον μονῆς, | ὅτῳ πέποιθέ, μοι ξυνῶν, | κρατεῖν ἂν ἢ τὸν ἐχθρὸν, ἢ | φίλοισιν ὠφελεῖν ἔχειν; Id est, ἢ κρατεῖν ἂν τὸν ἐχθρὸν, &c. Noster Heracl. 524. τίς γὰρ κόρην ἔρημον ἢ δάμαρτ' ἔχειν, | ἢ παιδοποιεῖν ἐξ ἐμοῦ βουλήσεται; Multum

1. Recte Aldus οὐδὲ χρυσάνιος. Vitium est in strophico versu 680, ubi θεαῖς legendum μονοσυλλάβως.

ad nostrum locum illustrandum valet Phœnissarum locus a nemine, quod sciam, huc relatus. v. 838. *τὰς Ἀμφιονίας τε λύρας ὕπο πύργος ἀνέστα | διδύμων ποταμῶν*, &c. Majori quidem jure Thebæ *διδύμων ποταμῶν πύργος* (i. e. *πόλις*) appellantur, quam Athenæ *ἱερῶν ποταμῶν πόλις* propter parvum flumen Cephisum, quod modo memoravit noster. Sed poëtarum proprium est res exiguas dicendo amplificare.

v. 846. *τὰν οὐχ ὁσίαν; μετ' ἄλλων | σκέψαι τεκέων πλαγὰν, | σκέψαι φόνον οἷον αἱρεῖ.*] Μετ' ἀστῶν Fr. Jacobus. PORSON. E tot conjecturis sola Jacobi siveJacobsii digna memoratu Porsono visa est. Paullo minus frigidum esset, *τὰν οὐχ ὁσίαν μεθ' ἁγνῶν* (i. e. *μεθ' ὁσίων*)[1]. Vulgatam defendit Reiskius hac significatione: *quomodo igitur urbs—tenebit una cum aliis civibus te non puram?* Non post *ὁσίαν* sed post *ἄλλων* distinguere videntur nonnulli libri. Equidem suspicor verum horum verborum sensum esse, *τὰν οὐχ ὁσίαν ὡς οἱ ἄλλοι πολῖται.* Æschylus Theb. 269. *Σιγῶ. ξὺν' ἄλλοις πείσομαι τὸ μόρσιμον.* Exemplum non satis aptum, sed aptiora quærere currente calamo non licet.

852. *Πῶς δὲ θράσος ἢ φρενὸς ἢ | χειρὶ τέκνων σέθεν |. καρδίᾳ τε λήψει | δεινὰν προσάγουσα τόλμαν;*] Πόθεν θράσος A. B. C. Fl. Schol. PORSON. Ita Matthiæ. De sequentibus videndus Porsonus, cujus conjecturæ, *πόθεν δὲ θράσος θανατηρὸν*, tantum fere tribuo quod ipsum tribuisse credo, id est, parum aut nihil. E mala scriptura meliusculam efficies, legendo, *Πόθεν θράσος ἢ φρενὸς ἢ | χειρὶ, τέκνοις σέθεν, | καρδίαν τε λήψει, | δεινὰν προσάγουσα τόλμαν;* Ordo est, *τέκνοις σέθεν δεινὰν προσάγουσα τόλμαν.* Sic *παισὶν ὄλεθρον προσάγεις* v. 988. Nihil est in hac scriptura quod cuiquam displicere possit, nisi cui inusitatum loquendi genus videatur *καρδίαν λήψει*, quod nescio an confirmet *ἄτεγκτον συλλαβοῦσα καρδίαν* Herc. 833. Cui contrarium est *καρδία γὰρ οἴχεται* nostræ fabulæ v. 1038.

---

1. Sophocles Œd. C. 547. *καὶ γὰρ ἄλλους ἐφόνευσα καὶ ἀπώλεσα, | νόμῳ δὲ καθαρὸς ἄϊδρις εἰς τόδ' ἦλθον.* Ita Aldus. Ex Tyrwhitti sententia *ἄλλους* in *ἀγνὼς* mutavit Brunckius. Nec temere damnandum est *ἀγνὼς* priore correpta. Sic enim *ἀδμῆτα* Ant. 353. Quod neque suo loco neque ad Aj. 1066. animadvertit Erfurdtius. Recte Bothius *καὶ ὤλεσα.*

v. 856. *πῶς δ' ὄμματα προσβαλοῦσα | τέκνοις, ἄδακρυν μοῖραν | σχήσεις φόνου; οὐ δυνάσει | παίδων ἱκετᾶν πιτνόντων | τέγξαι χέρα φοινίαν | πλάμονι θυμῷ.*] Legendum, ni magnopere fallor, *σχήσεις φόνου, ἢ δυνάσει—πλάμονι θυμῷ*; H et *ου* sæpe permutari post alios monui ad Heracl. 987. Exemplis adde Æschylum Pers. 368. (ubi *νοῦσον* pro *νῆσον* Robortellus) Euripidem Iph. A. 1189.

v. 873. *γήμας τύραννον, καὶ κασιγνήτους τέκνοις | ἐμοῖς φυτεύων.*] Id est, *τυράννους κασιγνήτους*. Supplendum enim *τυράννους* e priore membro. Conferantur Jasonis verba v. 596.

v. 876. *οὐκ εἰσὶ μέν μοι παῖδες; οἶδα δὲ χθόνα | φεύγοντας ἡμᾶς, καὶ σπανίζοντας φίλων.*] Interrogationis signum non post *παῖδες* sed post *φίλων* collocandum est.

v. 881. *ἐγὼ δ' ἄφρων, | ἧ χρῆν μετεῖναι τῶνδε τῶν βουλευμάτων, | καὶ ξυμπεραίνειν καὶ παρεστάναι λέχει, | νύμφην τε κηδεύουσαν ἥδεσθαι σέθεν.*] Male Portus, *et gaudere quod sponsa tua te curet.* Quem secutus, male hunc locum cum Sophocleo *σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω* similibusque comparavit Matthiæ Gramm. Gr. §. 551. Cujus quo major est auctoritas, eo diligentius ejus errores corrigendos arbitror. Recte Musgravius, viam monstrante Reiskio, *et gaudere, sponsæ tuæ curam habentem.*

v. 890. *ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦτε, λείπετε στέγας.*] Si *δεῦτε* alibi in tragicorum scriptis exstat, hic etiam servandum est. Sin minus, legendum *δεῦρο* ex Heracl. 48. *ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦρο λαμβάνεσθ' ἐμῶν | πέπλων.* Aristophanes Pac. 1115. *ἄγε δή, θεαταί, δεῦρο συσπλαγχνεύετε | μετὰ νῷν.*

v. 897. *ἆρ', ὦ τέκν', οὕτω καὶ πολὺν ζῶντες χρόνον φίλην ὀρέξετ' ὠλένην;*] *Οὕτω δαὶ* male Musgravius. Vide infra ad 1008. *Καὶ* delevit Brunckius, et edidit, *ἆρ', ὦ τέκν', ἆρ' οὕτω.* PORSON. Aristophanes Ach. 694. *πολλὰ δὴ ξυμπονήσαντα, καὶ | θερμὸν ἀπομορξάμενον | ἀνδρικὸν ἱδρῶτα δὴ καὶ πολύν.* Archytas apud Stobæum Eclog. Phys. p. 12. ed. Heeren. *Καὶ δοκεῖ ἁ λογιστικὰ ποτὶ τὰν ἄλλαν σοφίαν τῶν μὲν ἄλλων τεχνῶν καὶ πολὺ διαφέρειν.* Toties occurrunt *καὶ πολύς, καὶ λίαν, καὶ μάλα*, et similia, ut mirer Musgravium Brunckiumque de delendo *καὶ* cogitasse.

v. 901. *ὄψιν τερείνην τήνδ' ἔπλησα δακρύων.*] Imo, *τέρειναν.* Æschylus Suppl. 1005. *τέρειν' ὀπώρα δ' εὐφύλακτος*

οὐδαμῶς. Adde Euripidem Cycl. 513. Ipsa poëtæ verba apposuissem, si locum corruptum emendare potuissem.

v. 910. ὑμῶν δὲ, παῖδες, οὐκ ἀφρονtίστως πατὴρ | πολλὴν ἔθηκε σὺν θεοῖς προμηθίαν.] Ὑμῖν edd. MSS. Ὑμῶν est emendatio Valckenarii ad Phœniss. 1475. Σωτηρίαν Ald. Προμηθίαν A. B. D. Fl. P. Προμῠθίαν Lasc. PORSON. An Græce dicitur θεῖναι προμηθίαν μέριμναν, σπουδὴν, aut aliquid ejusmodi, eo sensu quem hic locus requirit? Saltem media forma in his locutionibus longe usitatior est. Ita Sophocles Œd. T. 134. πρὸ τοῦ θανόντος τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφήν. Aj. 12. ἐννέπειν δ' ὅτου χάριν | σπουδὴν ἔθου τήνδ'. Ibid. 536. Ἐπῆνεσ' ἔργον, καὶ πρόνοιαν ἣν ἔθου. Videor tamen mihi activam formam alicubi reperisse, sed locum in præsentia indicare nequeo.

v. 925. Τί δῆτα λίαν τοῖσδ' ἐπιστένεις τέκνοις;] Τὶ δὴ τάλαινα A. B. D. Cott. Fl. L. P. PORSON. Recepit hanc scripturam Matthiæ, quæ rejicienda esset, etiamsi in centum codicibus reperta esset. Quid enim usitatius adverbio λίαν in hujusmodi locutionibus? Homerus Il. E. 361. λίην ἄχθομαι ἔλκος, ὃ με βροτὸς οὔτασεν ἀνὴρ &c. Similia sunt μὴ λίαν τάκου supra v. 159. μέγα στένειν v. 293.

v. 934. ἡμεῖς μὲν ἐκ γῆς τῆσδ' ἀπαίρομεν φυγῇ.] Malim ἀπαροῦμεν, ut jam monui ad Heracl. 323. Vide Porsonum ad v. 848.

v. 937. ΙΑ. Οὐκ οἶδ' ἄρ' εἰ πείσαιμι. πειρᾶσθαι δὲ χρή. | ΜΗ. Σὺ δ' ἄλλα σὴν κέλευσον. αἰτεῖσθαι πατρὸς | γυναῖκα, παῖδας τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.] [Vulgo] οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι, ubi constructio esset, εἰ πείσαιμι ἄν, sed hoc durum. Mutavi igitur literam, sæpe cum altera confusam. PORSON. Vulgatam revocarunt Zimmermannus et Matthiæ. Male fecisse Porsonum ostendit similis locus a multis ante me cum nostro comparatus. Euripides Alc. 49. Λαβὼν ἴθ'. οὐ γὰρ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμί σε. Sic etiam Plato Timæo III. p. 26. B. ἐγὼ, ἃ μὲν χθὲς ἤκουσα, οὐκ ἂν οἶδα εἰ δυναίμην ἅπαντα ἐν μνήμῃ πάλιν λαβεῖν. Quæ verba attulit Matthiæ Gramm. Gr. §. 598. c. Ordo est, οὐκ οἶδ' εἰ πείσαιμ' ἄν, ut recte monet Porsonus. In hac particulæ εἰ significatione, optativus locum non haberet, nisi adderetur ἄν. Diverso ordine Aristophanes Av. 1017. ΜΕ. Ὑπάγοιμι τἄρ' ἄν. ΠΕΙ. Νὴ, Δί', ὡς οὐκ οἶδά γ' εἰ | φθαίης ἄν. ἐπίκεινται γὰρ ἐγγὺς αὐταί. Ceterum ex Medeæ responso

patet verba οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι idem significare quod φόβος εἰ πείσω v. 187. i. e. *vereor ut persuadere possim; non puto me persuasurum.* Sic etiam in Alcestidis loco. Simili ratione verba οὐκ ἂν οἶδα εἰ δυναίμην &c. apud Platonem significant *vereor ut possim* &c. verba οὐκ οἶδα εἰ φθαίης ἄν apud Aristophanem *vereor ut evadere possis.* Hoc moneo, ut ostendam verba Græca οὐκ οἶδα εἰ non posse Latine reddi *haud scio an.* Hæc enim Latina verba apud probatos scriptores semper affirmandi sensum habere docent grammatici. Græca contra aut negant, aut saltem rem in medio relinquunt, ut nostræ fabulæ v. 71. ὁ μέντοι μῦθος, εἰ σαφὴς ὅδε | οὐκ οἶδα. De locutione σὺ δ' ἀλλὰ vide ad Heracl. 565.

v. 966. πατρὸς νέαν γυναῖκα, δεσπότιν τ' ἐμὴν,] Legendum δεσπότιν δ' ἐμὴν, levi quidem mutatione, sed magni momenti, ut infra manifestum fiet. Æschylus Pers. 150. ἀλλ' ἥδε θεῶν ἴσον ὀφθαλμοῖς | φάος ὁρμᾶται μήτηρ βασιλέως, | βασίλεια δ' ἐμή, προσπίτνωμεν. Sophocles Œd. C. 1275. ὦ σπέρματ' ἀνδρὸς τοῦδ', ἐμαὶ δ' ὁμαίμονες. Trach. 741. τὸν ἄνδρα τὸν σὸν ἴσθι, τὸν δ' ἐμὸν λέγω | πατέρα, κατακτείνασα τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ. Euripides Hec. 532. ὁ δ' εἶπεν, Ὦ παῖ Πηλέως, πατὴρ δ' ἐμός. Herc. 97. ἔλθοι τ' ἔτ' ἂν παῖς οὐμός, εὐνήτωρ δὲ σός. El. 1243. σφαγὰς ἀδελφῆς (sub. ἠμετέρας) τῆσδε, μητέρος δὲ σῆς. In his omnibus reticetur μὲν in priore membro, quod tamen interdum exprimitur. Noster Œneo I. 3. Τυδεὺς, τόκος μὲν Οἰνέως, πατὴρ δ' ἐμός. Interdum etiam in utroque membro est τε. Assentior Marklando legenti in Iph. A. 1153. καὶ τῷ Διός τε (vulgo γε) παῖδ', ἐμώ τε συγγόνω. Sophocles Trach. 405. Πρὸς τὴν κρατοῦσαν Δηάνειραν, Οἰνέως | κόρην, δάμαρτά θ' Ἡρακλέους (εἰμὴ κυρω | λεύσσων μάταια) δεσπότιν τε τὴν ἐμήν. Verte, *Dejaniram Œnei filiam, quæ et uxor Herculis est, et mea domina.* Si vero τε non est in priore membro, non potest esse in posteriore, nisi hujus subjectum, ut vocant, diversum sit a subjecto prioris. Optime se habet δεσπότιν τ' ἐμὴν supra v. 17: προδοὺς γὰρ αὐτοῦ τέκνα, δεσπότιν τ' ἐμὴν, | γάμοις Ἰάσων βασιλικοῖς εὐνάζεται. Diversi enim sunt Jasonis liberi ab uxore, quæ verbis δεσπότιν τ' ἐμὴν significatur. Quod si λέκτρα (i. e. γυναῖκα) pro τέκνα scripsisset poëta, jam non δεσπότιν τ' ἐμὴν, sed δεσπότιν δ' ἐμὴν scribendum esset, quod recte, ni fallor, reposuimus nostro loco, ubi eandem mulierem et novam Jasonis uxorem et suam dominam appellat Medea. Simile mendum est in An-

drom. 25. πλαθεῖσ' Ἀχιλλέως παιδὶ, δεσπότῃ τ' ἐμῷ. Cum de solo Neoptolemo sermo sit, repone δεσπότῃ δ' ἐμῷ. Minus recte Brunckius δεσπότῃ γ' ἐμῷ. Hæc tamen scriptura adhibenda videtur in Iph. A. 1455. Πατέρα τὸν ἀμὸν μὴ στύγει, πόσιν τε σόν. Lego πόσιν γε σὸν, *maritum scilicet tuum*, quem odisse non debeş. Confer Androm. 247. Ἑλένη νιν ὤλεσ', οὐκ ἐγὼ, μήτηρ γε σή. Bacch. 923. Τί φαίνομαι δῆτ'; οὐχὶ τὴν Ἰνοῦς στάσιν, | ἢ τὴν Ἀγαύης ἑστάναι, μητρός γ' ἐμῆς; In his γε valet *scilicet*.

v. 972. Νῦν ἐλπίδες οὐκέτι μοι παίδων ζόας,] Omnes præter Porsonum ζωᾶς. Quod hæc forma in Atticorum scriptis hodie apparet, librariorum culpa factum arbitror. In Iph. T. 150. neutra forma cum metro conciliari potest. In Herc. 664. primo adspectu præstare videtur ζωᾶς, sed alterum metro satisfacere videbit, qui versus 663. et 665. cum strophicis comparabit.

v. 979. Πείσει χάρις, ἀμβρόσιός τ' αὐγὰ πέπλων, | χρυσεότευκτον στέφανον περιθέσθαι.] Versus 980. non omnino cum strophico congruit. Scio quam periculosum sit nova verba confingere, sed analogiæ conveniret χρυσεόπλεκτον. PORSON. Præter metricas rationes, nonnihil vitii subesse ostendit ipsa verborum sententia, puellæ scilicet persuasuram esse venustatem divinumque splendorem *pepli*, ut *coronam* capiti imponat. Reiskii conjecturam, πέπλους χρυσεότευκτόν τε στέφανον, a tot editoribus neglectam esse miror. Sed nusquam verius est quam in re critica id quod dicitur, λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν | κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς, οὐ ταυτὸν σθένει. Cum autem fluctuent libri inter πέπλου et πέπλων, πέπλον potius quam πέπλους legendum arbitror. Deinde χρυσότευκτον, quod metro convenientius est quam χρυσεότευκτον, in interpretatione scholiastæ legitur, eamque formam exhibet Æschylus Theb. 666. et Περῤῥαιβίσιν apud Athenæum p. 499. A. Apud Euripidem Phœn. 227. libri partim χρυσεοτεύκτοις partim χρυσοτεύκτοις, sed hoc postulare videtur metrum. In Ion. 1085. metri caussa legendum χρυσοστέφανον pro χρυσεοστέφανον. In El. 470. χρυσοτύπῳ pro χρυσεοτύπῳ nuper reposuit Seidlerus, etiam recte facturus, meo quidem judicio, si v. 725. χρυσόμαλλον pro χρυσεόμαλλον scripsisset. Ceterum intellige nostro loco τὴν χάριν τοῦ πέπλου, καὶ τὴν αὐγὴν τοῦ στεφάνου.

v. 986. Σὺ δ', ὦ τάλαν, ὦ κακόνυμφε | κηδεμὼν τυράννων, | παισὶν οὐ κατειδὼς | ὀλέθριον βιοτὰν προσάγεις, | ἀλόχῳ τε σᾷ

στυγερὸν θάνατον.] Primus hujus carminis versus est, Νῦν ἐλπίδες οὐκέτι μοι παίδων ζόας. Itaque non miror ὀλέθριον βιοτὰν pro certa morte dictum Reiskio displicuisse. Quod ille conjecit, ὄλεθρον οὐ βιοτὰν, minime malum est, sed meliora præbet scholiastes, cujus verba apponam: σὺ δέ, φησὶν, ὦ ἐπ' ὀλέθρῳ γινόμενε νυμφίε τῆς Γλαύκης, καὶ ἐπιγαμβρίαν οὐκ εὐτυχῆ ταύτην πρὸς τοὺς βασιλεῖς ἐσχηκὼς, ὄλεθρον τοῖς αὐτοῦ παισὶ καὶ τῇ νύμφῃ κατασκευάζεις, οὐ συνεὶς τὸ ἐπ' ὀλέθρῳ μηχάνημα. βιοτᾷ (vulgo βιοτὰν) δὲ παισὶν, ἀντὶ τοῦ, τῇ βιοτῇ τῶν παίδων. Legendum igitur ὄλεθρον βιοτᾷ, et in antistrophico versu 995. delendum τὰ vel σὰ, quorum neutrum habet Lascaris. Geminatum dativum παισὶν et βιοτᾷ sequentia exempla satis illustrabunt. Noster Tro. 630. Ἄκουσον, ὡς σοι τέρψιν ἐμβάλλω φρενί. Heracl. 63. Βούλει πόνον μοι τῇδε προσθεῖναι χερί; Hel. 81. ξύγγνωθι δ' ἡμῖν τοῖς λελεγμένοις, γύναι. (Confer El. 348.) El. 330. ποῦ παῖς Ὀρέστης; ἆρά σοι τύμβῳ καλῶς | παρὼν ἀμύνει;

v. 1055. μὰ τοὺς παρ' Ἅιδην νερτέρους ἀλάστορας,] Παρ' Ἅιδῃ legendum monui ad Sophoclis Aj. 634. Mus. Crit. I. p. 365. Contrarium errorem, dativum scilicet pro accusativo, exhibent codices Parisienses in Heracl. 949. ubi recte edd. ὃς καὶ παρ' Ἅιδην ζῶντά νιν κατήγαγες.

v. 1067. ὦ φιλτάτη χεὶρ, φίλτατον δέ μοι κάρα, | καὶ σχῆμα, καὶ πρόσωπον εὐγενὲς τέκνων, | εὐδαιμονοῖτον.] Repone εὐδαιμονοίτην. Vide ad Aristophanis Ach. 733. Legendum etiam ὁρῴτην Alc. 273. ἠρκεσάτην El. 1300. In Alc. 664. recte ἠλλαξάτην edd. fere omnes.

v. 1080. ἀλλὰ γὰρ ἔστιν | μοῦσα καὶ ἡμῖν, ἣ προσομιλεῖ | σοφίας ἕνεκεν· πάσαισι μὲν οὔ· | παῦρον γὰρ δὴ γένος ἐν πολλαῖς | εὕροις ἂν ἴσως | οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν.] Ita Porsonus ex conjectura. Edd. pleræque, παῦρον δὴ γένος ἐν πολλαῖσιν. Lascaris et codd. plerique, παῦρον δὲ δὴ γένος ἐν πολλαῖς, unde παῦρον τόδε δὴ γένος ἐν πολλαῖς Musgravius in annotatione, quod receperunt Brunckius, Beckius, Zimmermannus, Matthiæ. Omnes etiam præter Reiskium et Porsonum κοὐκ ἀπόμουσον. E Reiskii sententia locus ita constituendus est: παῦρον δὲ γένος ἐν πολλαῖσιν | εὕροις ἂν ἴσως | οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν. Cui hactenus assentior, ut δὲ ob præcedens μὲν repræsentandum, et οὐκ pro κοὐκ legendum opiner. Sophocles Ant. 255. ὁ μὲν γὰρ ἠφάνιστο, τυμβήρης μέν οὔ· | λεπτὴ δ',

ἄγος φεύγοντος ὡς, ἐπὴν κόνις. Phil. 545. ἐπείπερ ἀντέκυρσα, δοξάζων μὲν οὖ, | τύχῃ δέ πως εἰς ταυτὸν ὁρμισθεὶς πέδον. El. 905. καὶ χερσὶ βαστάσασα, δυσφημῶ μὲν οὖ, | χαρᾷ δὲ πίμπλημ' εὐθὺς ὄμμα δακρύων. Adde Euripidem Heracl. 195. Hel. 42. 1020. Ion. 1534. &c. Ita si semper locuti sunt tragici, quis non videt, neque *παῦρον τόδε δὴ γένος* cum Musgravio, neque *παῦρον γὰρ δὴ γένος* cum Porsono scribendum esse? Si codex *ἀρχέτυπος* hujus fabulæ hodie superesset, non is quidem quem histrionibus ediscendum dedit poëta, sed is qui annis octingentis aut nongentis post Christum natum in alicujus monasterii angulo repertus est, parum dubito quin in eo legeretur, *παῦρον δὲ γένος ἐν πολλαῖς*. Quam scripturam alii aliter majori studio quam successu emendare conati sunt. Quid multa? Scripsit Euripides, *παῦρον δὲ γένος (μίαν ἐν πολλαῖς | εὕροις ἂν ἴσως) | οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν*. Μίαν inserendum patet ex Heracl. 328. *ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως | εὕροις ἄν, ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός*. Ex scholiastæ verbis, *οὐ πάσαις, ἀλλ' ὀλίγαις, ὧν οὖσα μία καὶ αὐτὴ τυγχάνω*, eum *μίαν* in exemplari suo habuisse erit fortasse qui suspicetur.

v. 1105. *σώματά θ' ἥβην εἰσῆλθε τέκνων,*] Longe melius membranæ, *σῶμά τ' ἐς ἥβην ἦλυθε τέκνων*, ut ediderunt Brunckius, Beckius, Zimmermannus, Matthiæ. Σῶμα pro *σώματα* noster Suppl. 62. (*σῶμα ταλαίνας ἄταφον*) Herc. 703. Sic etiam *δέμας* Suppl. 273.

v. 1113. *Φίλαι, πάλαι τοι προσμένουσα τὴν τύχην,*] Legendum *πάλαι δή*, si quid in his rebus video. Sophocles Œd. C. 1627. Ὦ οὗτος, οὗτος Οἰδίπους, τί μέλλομεν | χωρεῖν; *πάλαι δὴ τἀπὸ σοῦ βραδύνεται*. Phil. 806. Ἀλγῶ *πάλαι δὴ τἀπὶ σοὶ στένων κακά*. Euripides Palamede VIII. Αἴας, *πάλαι δή σ' ἐξερωτῆσαι θέλων*, | σχολή μ' ἀπεῖργε. Aristophanes Av. 921. Πάλαι, *πάλαι δὴ τήνδ' ἐγὼ κλήζω πόλιν*. Adde *οὐ νεωστὶ δὴ* Heracl. 485. Passim autem invicem permutari *δὴ* et *τοι* sæpe monuit Porsonus cum aliis. Altero abhinc versu inter *καὶ δὴ* et *καίτοι* fluctuant libri. Vide ad Sophoclis Aj. 1368. Mus. Crit. I. p. 487.

v. 1126. Τί *φῄς*; *φρονεῖς μὲν ὀρθά, κοὐ μαίνει, γύναι,*] Non est sollicitandum hoc *μέν*, licet vis ejus paullo obscurior sit. Noster Ion. 520. Εὖ *φρονεῖς μέν, ἤ σ' ἔμηνε θεοῦ τις, ὦ ξένε, βλάβῃ*; Sic etiam *ὑγιαίνεις μέν, sanane es*, Aristophanes Av. 1214.

v. 1154. *καὶ πρὶν ἐκ δόμων | μακρὰν ἀπεῖναι πατέρα καὶ παῖδας σέθεν, | λαβοῦσα πέπλους ποικίλους ἠμπέσχετο.*] Ἡμπέχετο. Ἡμπίσχετο potius videtur legendum, ab *ἀμπίσχομαι, ἐκ τοῦ ἀμφὶ, καὶ ἴσχομαι.* PORTUS. Ἡμπέσχετο, non *ἠμπέχετο*, edd. omnes. Hic aoristus Aristophani vulgo tribuitur Thesm. 164. *καὶ Φρυνίχος (τοῦτον γὰρ οὖν ἀκήκοας) | αὐτός τε καλὸς ἦν, καὶ καλῶς ἠμπέσχετο.* Ubi sententia postulante reponendum videtur preteritum imperfectum *ἠμπίσχετο*[1]. Nostro loco non esset sollicitanda vulgata, si certo constaret aoristos *ἠμπέσχον* et *ἠμπεσχόμην* ab Atticis usurpatos esse. Sed suspicioni locus est, præterita hujus verba tempora augmentum in prima tantum syllaba habuisse. Euripides Ion. 1158. *τοίχοισιν δ' ἔπι | ἤμπισχεν ἄλλα βαρβάρων ὑφάσματα.* Aristophanes Eq. 893. *Καὶ τοῦτό γ' ἐπίτηδές σε περιήμπισχεν, ἵν' ἀποπνίξῃ.* Lys. 1155. *κήλευθέρωσον, κἀντὶ τῆς κατωνάκης | τὸν δῆμον ὑμῶν χλαῖναν ἤμπισχον πάλιν.* Eccl. 540. *ἔπειθ' ἵν' ἀλεαίνοιμι, τοῦτ' ἠμπισχόμην.* Ubi *ἠμπεσχόμην* Lexicon Seguerianum apud Bekkerum p. 381. In his omnibus, et si qua alia ejusdem generis occurrunt, sententiæ multo convenientior est aoristus quam præteritum imperfectum. Simili ratione *ἠμπεχόμην* potius quam *ἠμπειχόμην* Atticos dixisse arbitror, licet apud Platonem Phædone p. 87. B. pro vulgato *ἠμπίσχετο* plerique codices exhibeant *ἠμπείχετο*. Idem obtinuit in verbo ejusdem fere significationis *ἀμφιέννυμι*. Xenophon. Paed. I. 3, 17. *παῖς μέγας, μικρὸν ἔχων χιτῶνα, ἕτερον παῖδα μικρὸν, μέγαν ἔχοντα χιτῶνα, ἐκδύσας αὐτὸν, τὸν μὲν ἑαυτοῦ ἐκεῖνον ἠμφίεσε, τὸν δὲ ἐκείνου αὐτὸς ἐνέδυ.*

v. 1230. *ὦ τλῆμον, ὡς σου ξυμφορὰς οἰκτείρομεν, | κόρη Κρέοντος,*] Pæne inducor, ut scripturam a Brunckio dubitanter propositam, *ὡς σὲ συμφορᾶς οἰκτείρομεν*, genuinam censeam. Æschylus Prom. 397. *Στένω σε τᾶς οὐλομένας | τάχας, Προμηθεῦ.* Euripides Phœn. 1440. *Φεῦ φεῦ, κακῶν σῶν, Οἰδίπους, σ' ὅσον στένω.* Vulgo deest *σ'*. Hipp. 1409. *Στένω σὲ μᾶλλον ἢ 'μὲ τῆς ἁμαρτίας.* Heracl. 233. *Ὠίκτειρ' ἀκούσας τούσδε συμφορᾶς, ἄναξ.* Ita uterque cod. Parisiensis, quorum

---

1. Euripides Heracl. 634. *Φρόντις τις ἦλθ' οἰκεῖος, ᾗ ξυνειχόμην.* Sic mea editio. Ceteræ omnes *συνεσχόμην*, cujus loco hodie malim *ξυνισχόμην*. Plato Gorgia p. 479. A. *ὥσπερ ἂν εἴ τις τοῖς μεγίστοις νοσήμασι συνισχόμενος*, &c.

alter a secunda manu vulgatam τάσδε συμφορὰς habet. Prætermisit hanc varietatem Musgravius.

v. 1231. ἥτις εἰς Ἅιδου πύλας | οἴχει, γάμων ἕκατι τῶν Ἰάσονος.] Sic Brunckius ex A. L. pro Ἅιδου δόμους. PORSON. Licet πύλας Ἀΐδαο περῆσαι dixerit Homerus, non memini apud tragicos legere εἰς Ἅιδου πύλας οἴχεσθαι, aut aliquid ejusmodi.

v. 1233. Φίλαι, δέδοκται τοὔργον ὡς τάχιστά μοι | παῖδας κτανούσῃ, τῆσδ' ἀφορμᾶσθαι χθονὸς, | καὶ μὴ σχολὴν ἄγουσαν, ἐκδοῦναι τέκνα | ἄλλῃ φονεῦσαι δυσμενεστέρᾳ χερί.] Schol. Σχολὴν ἄγουσαν. διατριβήν, βραδυτῆτα. πάλιν δὲ τῷ συνήθει σχήματι ἐχρήσατο. καὶ ἔστιν ἀντὶ τοῦ ἀγούσῃ. Obstitisse videtur ingratus auribus vocalium concursus, quo minus ἀγούσῃ in textum reciperetur. Eadem caussa fortasse veram scripturam servavit v. 810. Οὐκ ἔστιν ἄλλως. σοὶ δὲ συγγνώμη λέγειν | τάδ' ἐστὶ, μὴ πάσχουσαν, ὡς ἐγὼ, κακῶς. Equidem non dubito Euripidem nostro loco non solum ἄγουσαν sed etiam κτανοῦσαν scripsisse. Similis error, ut mihi videtur, Sophoclis exemplaria insedit El. 958. ποῖ γὰρ μενεῖς ῥάθυμος, εἰς τίν' ἐλπίδων | βλέψασ' ἔτ' ὀρθήν; ἢ πάρεστι μὲν στένειν | πλούτου πατρῴου κτῆσιν ἐστερημένῃ, | πάρεστι δ' ἀλγεῖν, εἰς τοσόνδε τοῦ χρόνου | ἄλεκτρα γηράσκουσαν ἀνυμέναιά τε. Utrobique utrumque accusativum in dativum mutassent librarii, si per metrum licuisset.

v. 1237. ἀλλ' εἶ' ὁπλίζου, καρδία. τί μέλλομεν | τὰ δεινὰ κἀναγκαῖα μὴ πράσσειν κακά;] Legendum videtur μὴ δὺ πράσσειν. Æschylus Prom. 628. Τί δῆτα μέλλεις μὴ οὐ γεγωνίσκειν τὸ πᾶν; Sophocles Aj. 540. Τί δῆτα μέλλει μὴ οὐ παρουσίαν ἔχειν; Euripides Tro. 792. τίνος ἐνδέομεν μὴ οὐ πανσυδίᾳ | χωρεῖν ὀλέθρου διὰ παντός; Aristophanes Ach. 319. Εἰπέ μοι, τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, ὦ δημόται, | μὴ οὐ καταξαίνειν τὸν ἄνδρα τοῦτον εἰς φοινικίδα. In his locis particula interrogativa negativum sensum exprimit. Idem valent verba τί μέλλεις μὴ οὐ γεγωνίσκειν quod μὴ μέλλε γεγωνίσκειν, idem τίνος ἐνδέομεν quod οὐδενὸς ἐνδέομεν. Si secus esset, non diceretur μὴ οὐ, ut obiter post alios monui ad v. 221. In hujusmodi locutionibus librariorum negligentia sæpius excidisse οὐ monet Hermannus de Ell. et Pl. p. 220. In Æschyli Sophoclisque locis supra allatis οὐ omittunt nonnulli codices. Apud Sophoclem μὴ παρουσίαν ἔχειν habet utraque ed. Juntina.

v. 1244. *καί γὰρ εἰ κτενεῖς σφ', ὅμως | φίλοι γ' ἔφυσαν, δυστυχὴς δ' ἐγὼ γυνή.*] Κτείνεις Ald. Κτενεῖσα Lasc. unde, levi errore correcto, edidi *κτενεῖς*. Mox *φίλοι τ'* Lasc. PORSON. Distinguendum, *καὶ γὰρ εἰ κτείνεις σφ' ὅμως, | φίλοι γ' ἔφυσαν*, &c. Vide ad Sophoclis Aj. 15. Mus. Crit. I. p. 351.

v. 1246. *Ἰὼ γᾶ τε καὶ παμφαὴς | ἀκτὶς ἀελίου, κατίδετ' ἴδετε τὰν | ὀλομέναν γυναῖκα, πρὶν φοινίαν | τέκνοις προσβαλεῖν χέρ' αὐτοκτόνον.*] Ita recte hos versus distribuit Matthiæ, præeunte Hermanno de Metris p. 247. et Seidlero de Verss. Dochm. p. 290. In secundo legendum *ἀκτὶς θεοῦ*, propter versum antistrophicum 1258. de quo suo loco dicetur. Sophocles Trach. 145. *καί νιν οὐ θάλπος θεοῦ, | οὐδ' ὄμβρος, οὐδὲ πνευμάτων οὐδὲν κλονεῖ.* Euripides Or. 1023. *φέγγος εἰσορᾶν θεοῦ | τόδ' οὐκέθ' ἡμῖν τοῖς ταλαιπώροις μέτα.* Med. 353. *εἴ σ' ἡπιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ.* Alc. 725. *Φίλον τὸ φέγγος τοῦτο τοῦ θεοῦ, φίλον.* Suppl. 208. *αἴθον ἐξαμύνασθαι θεοῦ.* Ibid. 469. *πρὶν θεοῦ δῦναι σέλας.* Heracl. 748. *Γᾶ, καὶ πανύχιος σελάνα, | καὶ λαμπρόταται θεοῦ | φαεσιμβρότον* (vulgo *φαεσίμβροτοι*) *αὐγαί.*

v. 1251. *σᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας γονᾶς | ἔβλαστεν* (malim *ἔβλαστον*), *θεῶν δ' | αἷμα πιτνεῖν φόβος ὑπ' ἀνέρων.*] Vide Porsonum. *Τᾶς σᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας γονᾶς* ex emendatione Seidleri dedit Matthiæ. Versus antistrophicus est 1262. *δειλαία, τί σοι φρενῶν βαρὺς.* Si *δειλαία* dactylus esset, vel etiam spondeus, stare posset *σᾶς γὰρ ἀπὸ κ. τ. λ. Δειλαίαν* spondeus esse videtur in Suppl. 278. *ἄντομαι, ἀμφιπίτνουσα τὸ σὸν γόνυ καὶ χέρα, δειλαίαν | οἴκτισαι ἀμφὶ τέκνων μ' ἱκέτιν* [*τάφου*] &c. Aut neuter locus corruptus est, aut uterque eadem medicina eget. Mox *αἵματι πιτνεῖν* Lascaris et Matthiæ cum codd. plerisque. Quæ scriptura certe metro convenientior est ea quam exhibent ceteræ editiones. Satis bene enim sibi congruunt syzygiæ iambicæ *αἵματι πίτνειν* et *καὶ δυσμενὴς*. Perpetuo confundi, aut a se invicem perdi, *ιτ, π, τι,* monet Porsonus ad Phœn. 1277, 8. Exempla *τι* ante *π* omissi præbent Æschylus Theb. 1074. (a Blomfieldio, ni fallor, emendatus) Euripides Alc. 545. Hel. 363[1]. Cratinus apud Suidam v. *Ἄθυρμα.*

1. Hic Locus ita fere legendus videtur: *θῦμα τριζύγοις θεαῖσι, | τῷ τε συρίγγων ἀοιδαῖς | ἐντραφέντι Πριαμιδᾶν Ἴ|δας ποτ' ἀμφὶ βουστάθμους.*

v. 1254. ἀλλά νιν, ὦ φάος διογενὲς, κάτειρ|γε, κατάπαυσον, ἔξελ' οἴκων φοινίαν | τάλαινάν τ' Ἐριννὺν ὑπ' ἀλαστόρων.] Lascaris, Brunckius, Beckius, Zimmermannus, Matthiæ, φονίαν τάλαιναν τ'. Seidlerus τάλαιναν φονίαν τ', quod verum videtur. Recte etiam αὐτοφόνταις pro αὐτοφόνταισι v. 1266. Lascaris, Seidlerus, Matthiæ. Legendum autem, ni fallor, Ἐριννὺν ἀπ' ἀλαστόρων, licet ὑπὸ a scholiasta agnoscatur.

v. 1257. Μάταν μόχθος ἔῤῥει τέκνων. | μάταν ἆρα γένος φίλιον ἔτεκες, ὦ] Sic, aut μάταν ἄρα, e Musgravii conjectura post eum omnes. Edd. superiores una excepta καὶ μάταν. Codices partim καὶ μάταν, ut videtur, partim ἄρα μάταν. Solus Lascaris μάταν omisso καὶ et ἄρα. Ita proculdubio scribendum. Glossema ἀελίου, quod in strophicum versum irrepserat, antistrophicum corrupit.

v. 1271. ἰὼ τλᾶμον, ὦ κακοτυχὲς γύναι.] Ἰὼ Ald. Ὦ sumsi e Lasc. Schol. PORSON. Aristophanes Ach. 566. Ἰὼ Λάμαχ', ὦ βλέπων ἀστραπὰς, &c. Ita vulgatam ἰὼ βλέπων emendavit Hermannus de Metris p. 255. Nostro loco malim ὦ κακοτυχὴς γύναι, licet alterum habeat scholiastes.

v. 1272. παρέλθω δόμους; ἀρῆξαι φόνον | δοκεῖ μοι τέκνοις.] Verbis παρέλθω δόμους interrogationis notam primus, ni fallor, addidit Musgravius. Ea omissa sensus est, *let me enter the house;* addita, *shall I enter the house?* Hæc subjunctivi significatio omnibus satis nota est. Alteram exemplis confirmare conatus sum ad Heracl. 559. De plurali numero nulla difficultas est. Si παρέλθωμεν δόμους nostro loco reperisset Musgravius, nunquam de signo interrogationis addendo cogitasset. Neque cuiquam moram faceret φέρε παρέλθω δόμους sine interrogatione. Noster Or. 1275. Φέρε νυν ἐν πύλαισιν ἀκοὰν βάλω. Phœn. 283. φέρ' εἰς σκοτεινὰς περιβολὰς μεθῶ ξίφος, | καὶ τάσδ' ἔρωμαι τίνες ἐφεστᾶσιν δόμοις. Ita passim loquuntur scriptores Græci. Utrum vero ita omitti possit φέρε, ut nihil in ejus locum substituatur, necne, non sum paratus dicere. Exempla enim quæ ad Heracl. 559. attuli, cum nostro loco non optime congruunt,

---

στάθμους. Pro ἀοιδαὶ σέβιζον (σεβίζοντι Musgr.) dedi ἀοιδαῖς ἐντραφέντι, non quo Euripidem ita scripsisse arbitrer, sed nihil melius succurrit. Τῷ Πριαμιδᾶν, *illi Priamidarum*, ut τῷ Ἀτρειδᾶν Iph. T. 139. quod non intellexerunt interpretes.

quippe in quibus subjunctivus imperativo subjectus sit, ut apud nostrum Bacch. 341. ὃ μὴ πάθῃς σὺ, δεῦρό σου στέψω κάρα | κισσῷ. Δεῦρο enim hic imperativi vim obtinet. Grammaticus apud Bekkerum p. 88. Δεῦρο ἀντὶ τοῦ ἔρχου. Πλάτων Πολιτείας τρίτῳ. Anglice, *Come hither, let me crown your head with ivy*[1].

v. 1276. Τάλαιν', ὡς ἄρ' ἦσθα πέτρος ἢ σίδα|ρος, ἅτις τέκνων, ὧν ἔτεκες, | ἄροτον αὐτόχειρι μοίρᾳ κτενεῖς.] Non mihi displiceret, si quis codex ὧν ἔτεκες omitteret. PORSON. Recte ὃν ἔτεκες Seidlerus, qui sagaciter vidit totum hoc carmen a versu 1268. usque ad v. 1289. quodammodo antistrophicum esse. Si versus 1268. cum tribus sequentibus hoc ordine starent, C. D. A. B. vix quidquam metri caussa mutandum esset. Sed ne sic quidem carmen vere antistrophicum esset. Nam in stropha, si ita loqui licet, quatuor senarii Medeæ pueris post scenam exclamantibus tribuuntur. Qui his respondent in antistropho, chori sunt, neque a reliqua ejus oratione separari possunt.

v. 1287. τί δή ποτ' οὖν γένοιτ' ἂν ἔτι δεινόν; ὦ | γυναικῶν λέχος πολύπονον, | ὅσα δὴ βροτοῖς ἔρεξας ἤδη κακά.] Prius δὴ in δὲ mutat Seidlerus, alterum prorsus omittit. De tertio versiculo facile Seidlero assentior, etsi non video cujusnam rei gratia δὴ a librariis hic additum sit. Non enim senarium efficit, quæ dochmiacorum corrumpendorum præcipua fuit caussa[2]. Sed quoties bona emendatione privaremur, si caussam corruptæ scripturæ indicare necesse esset? Primo versu malim τί δῆτ', quo admisso, hi tres versus cum versibus 1276—1278. ita congruent, ut syllaba syllabæ respondeat. Eadem varietas apud Sophoclem Œd. T. 1337. ubi recte τί δῆτ' multi codices, imo fortasse plerique, τί δή ποτ' edd. omnes ante Erfurdtium. Simili errore οὔποτε pro οὔτε, μήποτε pro μήτε, in nonnullis exemplaribus tam scriptis quam impressis exhibent Æschylus Prom. 155. Theb. 1067. Sophocles Œd. T. 652. Euripides Phœn. 1242.

---

1. Homerus Il. Ψ. 71. θάπτε με (an θάπτετέ μ') ὅττι τάχιστα, πύλας Ἀΐδαο περήσω. *Bury me, as soon as possible, let me pass the gates of hell.* Ubi frustra sunt, qui ἵνα deesse arbitrantur.

2. v. 1280. γυναῖκ' ἐν φίλοις χέρα βαλεῖν τέκνοις. Aldus, γυναῖκα φίλοις χέρα προσβαλεῖν τέκνοις. *Si versus iambicus est,* inquit Musgravius, *legendum,* γυναῖκα φιλίοις χεῖρα προσβαλεῖν τέκνοις.

Thucydides I. 90. &c. Si quis autem οὖν in ἂν mutare velit, non desunt loca, quæ hanc mutationem confirmare videantur. Sophocles Phædra III. 1. *οὐ γάρ ποτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἀσφαλὴς πόλις.* Euripides Hipp. 960. *ποῖοι γὰρ ὅρκοι κρείσσονες, τίνες λόγοι, | τῆσδ' ἂν γένοιντ' ἄν, ὥστε σ' αἰτίαν φυγεῖν;* Suppl. 447. *πῶς οὖν ἔτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἰσχυρὰ πόλις.* El. 534. *Πῶς δ' ἂν γένοιτ' ἂν ἐν κραταιλέῳ πέδῳ | γαίας ποδῶν ἔκμακτρον;* Apud Sophoclem Phil. 116. vide an legendum, *Θηρατὲ ἂν γίγνοιτ' ἄν, εἴπερ ὧδ' ἔχει. Θηρατὲ οὖν* pro *Θηρατέα* edd. pleræque ex emendatione Triclinii. Aristophanes Thesm. 772. *πόθεν οὖν γένοιντ' ἂν ἀθλίῳ πλάται; πόθεν;* Hic etiam fortasse geminandum *ἄν.*

v. 1293. *δεῖ γάρ νυν ἤτοι γῆς σφε κρυφθῆναι κάτω, | ἢ πτηνὸν ἆραι σῶμ' ἐς αἰθέρος βάθος,*] Δεῖ γάρ νιν vulgo. Mutavit Barnesius. PORSON. Particulas *μέν νυν* sæpe conjungunt tragici. Ita noster Or. 1214. Hipp. 20. 1338. Andr. 955. Heracl. 834. Ion. 1039. El. 664. 873. 1244. Qui autem *γάρ νυν* dixerit, neminem eorum reperio[1]. Legendum videtur, *δεῖ γάρ νιν ἤτοι γῆς γε κρυφθῆναι κάτω.* Quæ scriptura ne cui ex Heathii officina petita videatur, hunc usum particulæ *γε* exemplis nonnullis illustrabo. Euripides Ion. 431. *ἤτοι φιλοῦσά γ' ἧς ὑπερμαντεύεται, | ἢ καί τι σιγῶσ' ὧν σιωπᾶσθαι χρεών.* Incertus Rhes. 816. *εὖ νυν τόδ' ἴσθι, (Ζεὺς ὀμώμοται πατὴρ) | ἤτοι μάραγνά γ', καρανιστὴς μόρος, | μένει σε δρῶντα τοιάδ'.* Herodotus I. 11. *ἀλλ' ἤτοι κεῖνόν γε τὸν ταῦτα βουλεύσαντα δεῖ ἀπόλλυσθαι, ἢ σὲ τὸν ἐμὲ γυμνὴν θηησάμενον, καὶ ποιήσαντα οὐ νομιζόμενα.* Plato Apol. Socr. p. 27. C. *τοὺς δὲ δαίμονας οὐχὶ ἤτοι θεούς γε ἡγούμεθα εἶναι, ἢ θεῶν παῖδας;* Gorgia p. 460. A. *ἀνάγκη αὐτὸν εἰδέναι τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα, ἤτοι πρότερόν γε, ἢ ὕστερον μαθόντα παρὰ σοῦ.* Plura exempla dare supersedeo. Sine *γε* Æschylus Agam. 671. 858. Sophocles Ant. 1182. Euripides Or. 1508. Hipp. 1193. Hel. 1191.

v. 1300. *ἐμῶν δὲ παίδων ἦλθον ἐκσώσων βίον, | μή μοι τι δράσωσ' οἱ προσήκοντες γένει, | μητρῷον ἐκπράσσοντες ἀνόσιον*

---

1. Euripides Bacch. 32. *τοιγάρ νυν αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρησ' ἐγὼ | μανίαις.* Ita, vel *νῦν*, edd. pleræque. Recte *νιν αὐτὰς, eas ipsas,* Aldus et codd. Parisienses.

φόνον.] Vertit Portus, *Meorum vero liberorum veni ut servarem vitam, ne aliquid mihi faciant Creontis cognati, vindicantes injustam cædem matris.* Paullo melius Barnesius et Musgravius, *vindicantes injustam cædem a matre* eorum *perpetratam.* Sed quam ineptum est illud, *ne aliquid mihi faciant Creontis cognati.* Scripsit proculdubio Euripides, μή νιν τι δράσωσ' οἱ προσήκοντες γένει. Hanc scripturam sententia flagitante in Italica versione expressit Carmelius, in Anglica Wodhullus, in Teutonica Bothius, ut alias versiones taceam, quarum in præsentia copiam non habeo. Cum supra v. 285. dixerit noster, μή μοι τι δράσῃς παῖδ' ἀνήκεστον κακόν, erunt fortasse qui vulgatam nostri loci scripturam servari posse putent, modo subaudiatur αὐτούς. Sed hoc durum videtur, et altera ratio lenissima est. Vocabula νιν, μιν, μέν, μοι, facile permutantur. Δρᾶν τι accusativum postulare nemo nescit. Vide vv. 94. 285. 290.

v. 1350. οἵ' ἐξ ἐμοῦ πέπονθας, οἷά τ' εἰργάσω.] Malim οἷα δ' εἴργασαι. De particula vide ad Heracl. 874. ubi e nostra fabula attuli κινεῖ δὲ χόλον v. 98, ἔκλυον δὲ βοάν v. 131. πικρὸν δὲ κῆδος v. 401. δοκεῖς δὲ χρυσοῦ v. 957. ἄλλως δ' ἐμόχθουν v. 1026. φίλτατον δέ μοι κάρα v. 1067. Εἰργάσω an εἴργασαι legatur parum interest. Utrumque a tragicis passim usurpatum, sed post πέπονθας paullo melius videtur εἴργασαι. Hoc etiam fortasse restituendum Sophocli Phil. 928. οἷά μ' εἰργάσω, | οἵ' ἠπάτηκας.

v. 1351. σὺ δ' οὐκ ἔμελλες, τἄμ' ἀτιμάσας λέχη, | τερπνὸν διάξειν βίοτον, ἐγγελῶν ἐμοί, | οὔθ' ἡ τύραννος, οὔθ' ὁ σοὶ προσθεὶς γάμους | Κρέων ἀνατεὶ τῆσδέ μ' ἐκβαλεῖν χθονός.] Legendum, οὐδ' ἡ τύραννος, οὐδ' ὁ σοὶ προσθεὶς γάμους | Κρέων ἀνατὶ &c. Οὔτε enim post οὐ vel οὐδὲ solœcum est. Citat Matthiæ Gramm. Gr. §. 602. Thucydidem III. 48. καὶ μηδὲ οἴκτῳ πλέον νείμαντες, μήτ' ἐπιεικείᾳ. Ubi μήτε οἴκτῳ habent omnes fere codices, et quatuor antiquissimæ editiones. Sed hujusmodi errores etiam contra librorum consensum tollendi sunt.

v. 1364. Λέχους σφέ γ' ἠξίωσας οὕνεκα κτανεῖν;] Σφε κηξίωσας Ald. Σφέ γ' ἠξίωσας A. D. L. Porson. Omnes edd. notam interrogationis, addunt quæ, ni fallor, particulam γε adesse vix patitur[1]. Si compositum ἐπαξιῶ apud Euripidem

1. Non sum oblitus annotationis meæ ad v. 500. Verum ibi particula

exstaret, indubitanter reponerem σφ' ἐπηξίωσας. Ἐπαξιῶ legitur apud Sophoclem El. 658. ἐπαξιοῖ Œd. C. 1497. ἐπηξίωσα Phil. 803. ἐπαξιώσας El. 1274. Apud nostrum Or. 607. ἐπαξία pro ἐστ' ἀξία, Bacch. 246. ἐπάξια pro ἔστ' ἄξια legendum alibi monui.

v. 1375. Οὐ δῆτ', ἐπεί σφας τῆδ' ἐγὼ θάψω χερί,] Recte Zimmermannus ἐπεὶ σφᾶς. Ὀρθοτονεῖσθαι pronomina σφῶν, σφίσι, σφᾶς, docent veteres grammatici. Aldus in hac re parum sibi constat, qui σφᾶς dederit apud Sophoclem Œd. T. 1470. 1508. (ubi σφᾷς) apud Euripidem Or. 1125. Bacch. 231. 955. 958. σφὰς apud Æschylum Prom. 442. σφας apud Sophoclem Œd. C. 486. Ant. 128. Aj. 839. Idem σφίσιν dedit apud Æschylum Prom. 480. apud Sophoclem Œd. C. 59. El. 1070. (ubi recte Schæferus σφιν). Comici ab horum pronominum usu consulto se abstinuisse videntur.

v. 1393. ΜΗ. Οὔπω θρηνεῖς. μένε καὶ γήρασκ'. | ΙΑ. Ὦ τέκνα φίλτατα. ΜΗ. Μητρί γε, σοὶ δ' οὔ.] Ita pro μένε καὶ γῆρας metri caussa Porsonus. Si quid mutandum est, equidem malim Φεῦ τέκνα φίλτατα. Ita paullo ante v. 1390. Φεῦ φεῦ μυσαρὰ καὶ παιδολέτορ. Sophocles Ant. 1299. φεῦ φεῦ μᾶτερ ἀθλία. φεῦ τέκνον. Apud Æschylum Prom. 98. αἲ αἲ pro φεῦ φεῦ omnes edd. ante Porsonum. Sed vulgatam scripturam defendere videtur simile violatæ συναφείας exemplum in El. 1333. ΟΡ. Τάδε λοίσθιά μοι προσφθέγματά σου. | ΗΛ. Ὦ χαῖρε πόλις. χαίρετε δ' ὑμεῖς | πολλά, πολίτιδες. De formula ὦ χαῖρε dixit Porsonus ad Or. 470. Quinquies in una fabula συνάφειαν propter mutatam personam violavit Sophocles. Vide Œd. C. 139. 143. 170. 173. 1757. Hoc si Sophocli licuit, quidni Euripidi licuerit? Multa de hac quæstione habet Seidlerus de Verss. Dochm. p. 80. Cujus diligentiam quidem laudo, licet nostrum locum prætermiserit; judicium non item.

v. 1410. οὓς μήποτ' ἐγὼ φύσας ὤφελον | ἐκ σοῦ φθιμένους ἐπιδέσθαι.] Ita primus Musgravius ex propria conjectura. Vulgatam πρὸς σοῦ recte, ut mihi quidem videtur, revocavit Matthiæ: non quo creticos in hoc metro admittendos censeam, sed pericu-

---

ticula γε non est otiosa, sed magnam vim addit pronomini σοῦ, q. d. *such a wretch as you.*

losum est receptam scripturam quamvis mendosam mutare, nisi magnam veritatis speciem habeat quæ in ejus locum substituatur. Quis autem sibi persuaderi sinat πρὸς σοῦ pro ἐκ σοῦ librariorum errorem esse, quibus πρὸς hoc sensu usurpatum fraudi fuisse ostendit Porsonus ad Hec. 762. Alterum argumentum contra Musgravii emendationem a metro ducit potest. Rarissime dactylum spondeo aut anapæsto in eadem carminis anapæstici dipodia subjicit Euripides. In omnibus ejus tragœdiis quæ ad nostram ætatem pervenerunt, vix plura exempla reperias, quæ quidem non sint manifesto corrupta, quam λευκὴν αἰθέρα Andr. 1229. θνητῶν δ' ὄλβιος Iph. A. 161. πυρὶ τῷδ' αἰθέρος Ion. 84. καθαρὰς θήσομεν ibid. 105. φυγάδας θήσομεν ibid. 109. θάρσει. Παλλάδος El. 1319. μόχθων σώζομεν ibid. 1353[1]. Multa hujusmodi olim apud Euripidem lecta ex edd. recentibus sublata sunt. Talia fuerunt in hac fabula παῦρον δὴ γένυς v. 1083. πημαίνουσά σε v. 1395. Brunckius celato lectore μείζους ἦλυθον dedit v. 1079. ubi recte vulgo legitur ἦλθον μείζους. Quid nostro loco faciendum sit, equidem nescio. Bentleii emendationi ὄφελον favet ejusdem licentiæ alterum exemplum in Cretensium fragmento II. ἀγνὸν δὲ βίον τείνομεν, ἐξ οὗ | Διὸς Ἰδαίου μύστης γενόμαν. Quæ verba in legitimo systemate anapæstico leguntur. Nonnihil de hac quæstione dixi ad Iph. A. 46. Censuræ Trim. t. VII. p. 456. Si neque ὤφελον neque πρὸς corruptum est, fieri nequit quin aliquid exciderit. Non indignum esset Euripide, οὓς μήποτ' ἐγὼ φύσας ὁ τάλας | ὤφελον ὅσσοις | πρὸς σοῦ φθιμένους ἐπιδέσθαι. Sed quo facilius est quid scribere potuerit poëta, eo difficilius est quid re vera scripserit conjicere. P. E.

1. Horum nonnulla, imo pleraque, nullo fere negotio, si opus esset, emendari possent. Quid enim facilius e. g. quam λευκὸν ἂν' αἰθέρα πορθμευόμενος pro λευκὴν αἰθέρα π. reponere? Sed nullum locum ob hanc solam caussam sollicitandum censeo, quæ tamen in locis alioqui suspiciosis suspicionem haud parum auget. In El. 1319. vide an legendum, Θάρσει. ζαθέαν Παλλάδος ἥξεις | πόλιν. ἀλλ' ἀνέχου. Longe melius ζαθέαν πόλιν quam ὁσίαν πόλιν. Vide Tro. 219. Ion. 184. Longe melius ζαθέαν Παλλάδος quam Παλλάδος ὁσίαν, ubi quatuor sunt breves syllabæ deinceps.

JOSEPHI JUSTI SCALIGERI
EPISTOLÆ QUÆDAM SELECTÆ.

EPIST. V. (Lib. I. 20.)
Francisco Vertuniano [1].

Ternas a te uno die accepi, sed omnes eodem argumento, addo etiam eadem indole animi tui, hoc est, illa amoris in te mei significatione. Qui erit unus character tuarum literarum, ut, cum eo obsignatas ad me mittes, semper possim agnoscere esse tuas. Gratum etiam officium tuum, quo me erga puellam Catharinam Rupæam et matrem ejus prosecutus es. Omnes literæ tuæ, ut jam dixi, idem continebant. In quo præcipuis duobus respondebo: *de Critico* et de verbo *Macte*. Ac primum de eo, quod prius ordine est, de Critico. Non est quod vos Asclepiadæ gloriemini de vetustate Medicinæ vestræ, qui nobis objicitis Machaona et Podalyrium. Habet et ista doctrina quam Grammaticam vulgus vocat, neque tamen intelligit, habet, inquam, et vetustissimos suos vindices, Linum et Palamedem, et Cadmum et alios. Sed hoc nihil ad Criticum. Ita sane. Volebam tamen nescius ne esses, eam a maximis viris non solum cultam, sed etiam excultam fuisse. Qui enim de ea libros reliquerunt, maximi viri, etiam in aliis studiis, fuerunt, Crates, Aristophanes, Nicander, Callimachus, Apollonius ille Rhodius, Chrysippus, alii heroes magni. Illi igitur in monumentis suis reliquerunt nobis, Grammatices tres partes [2] esse: quarum primam τεχνικὴν vocarunt, secundam ἱστορικὴν, tertiam ἰδιαιτέραν. Τεχνικὴν πραγματείαν vocant eam, quæ in elementorum et syntaxeos disciplina tota est: Ἱστορικὴν, eam quæ in mythologiis poetarum, in Oratorum et Historiarum descriptionibus,

---

1. Franciscus Vertunianus, medicus, cliens Ludovici Castanæi Rupiposæi, de quo vide Museum Crit. T. I. p. 349.

2. De hac artis Grammaticæ divisione vide Museum Crit. T. I. p. 124. De ipsa Critica, et de iis qui eam exercuerunt, omnino consulendus est Henricus Valesius in Libello de Critica a Petro Burmanno evulgato Amstelod. 1740. Ob materiæ affinitatem huic Epistolæ proxime subjiciendam putavimus aliam quam ad Scriverium scripsit.

locis, montibus, fluminibus versatur, et si quid simile. Ἰδιαιτέραν intelligi volunt, quæ non illis finibus contenta est, sed ulterius evagatur, et in abditiora sapientiæ penetralia se insinuat: cum scilicet spurios versus poetarum a veris et legitimis discernit, depravata emendat, falso attributa suis auctoribus asserit ac vindicat: omne genus Poetarum, Oratorum, Philosophorum recenset, atque excutit. Hanc partem propterea κριτικὴν vocarunt. Atque ut veteres Romani quatuor partes anni singulas in tres alias diviserunt, ut de vere dicerent, ver primum, ver adultum, ver præcipitatum: ita etiam jure merito per illos gradus voluerunt φιλόλογον ad perfectissimam φιλολογίας cognitionem pervenire. Itaque primam illam τεχνικὴν omnes vulgo de fæce pædagogorum quotidie tractant, ut sibi videntur. In ea tamen excelluerunt clarissimi viri veteres, Herodianus, Tryphon, Apollonius Alexandrinus apud Græcos: apud Romanos autem Scaurus, Donatus, Cæsar ipse, et Plinius Secundus. Illam tertiam, id est, nobilissimam omnium, ac vere Philosopho dignam, tractarunt Græci, Crates, Aristophanes, Aristarchus, qui propterea et vulgo κριτικὸς dictus est: Romani autem infiniti; inter quos Varro, Sisenna, Ælius Jurisconsultus, et alii. Mediam, quæ secunda est, imprimis Hyginus, Palæphatus, Stephanus, et Cæsar etiam, coluerunt. Quanto tertiam illam quam alias pluris fecerint, ex nomine intelligere potes: non enim ab officio vocarunt; ut a tractanda arte primam τεχνικὴν, secundam, ab enarratione historiarum ἱστορικὴν: sed quia non omnium est, sed pauciorum, neque in quibusvis autoribus, sed in nobilissimis versatur, ἰδιαιτέραν, quasi peculiarem, vocarunt. Hæc nos de Critice. Quam cum jam plene cognoscas, illi mercipretium jam recte dicere poteris. Quanti enim tibi judicanda sit, scire poteris. Versus Homeri illi tantum admissi sunt, quos Aristarchus probavit. Comœdiæ Terentii, quas Calliopius[1]. Sic Tragœdia vetus Achilles Aristarchi, quod ab eo emendata esset.

---

1. Omnes, qui hodie exstant Terentii Codices, ex uno profluxerunt, in cujus fine scriptum fuit *Calliopius recensui*, sicut in Suetoniorum archetypo *Julius Celsus recensui.* Cornelii Nepotis exemplar recensuit atque suum nomen adscripsit Æmilius Probus, unde de ipsius auctoris nomine magna inter viros doctos exstitit contentio. De hac consuetudine Grammaticorum vid. Vales. de Crit. I. 34. et ad Euseb. p. 314. item La Monnoye in Menagianis T. III. p. 158.

De Macte quod petis, plane tractandum est nobis non κριτικῶς, neque ἱστορικῶς, sed τεχνικῶς. A significatione igitur. *Mactum* veteres Romani vocant *auctum*[1]. Herbam adultam Cato vocavit *mactam*: nempe quod ita aucta esset. *Macta hostia*, cum frugibus et mola aucta erat. Sic *macta ara*, quod verbenis aucta et cumulata. *Mactare hostiam* postea, pro *cædere hostiam*, dicebant κατ' εὐφημισμόν· ne scilicet cædem nominarent. Quare *mactare* pro *cædere*? quia nunquam cædebatur, nisi frugibus macta esset: a præcedentibus consequentia, ut vulgo Rhetores et Dialectici Scholiastici loquuntur. Ut veteres Chrysippei ἀπὸ τῶν προσηγουμένων τὰ ἐπιφερόμενα. Nunquam mactabant hostiam quin dicerent: *Macta esto hac mola salsa.* Sic cum Deo alicui vinum libabant: *Macte hoc vino esto.* Sed cur vocandi casu *Macte*? In hoc quoque est τεχνικὸν Grammaticorum. Nam *mactus esto* dicendum erat. Sed utriusque linguæ auctores ita loqui solent. Theocritus,

—ὄλβιε Κῶρε γένοιο.

dicendum erat ὄλβιος. Tibullus.

—*Huc venias hodierne.* hodiernus.

Persius. *Stemmata quod Thusco ramum millesime ducis.* millesimus. Ausonius creber est in hoc genere loquendi. Quare et *Macte esto*, pro *mactus*. Propterea non mirum si in Atticismo ἡ κλητικὴ confunditur cum ὀνομαστικῇ: cum contra hic videamus vocandi casum cum nominativo commutari. Sic igitur dictum, *Macte esto virtute.*

Habes ἀκανθολογίας Grammaticorum, sed quæ seria ducant. Quid? nonne et veteres illi Asclepiadæ cum ab arte deficiuntur, ad Physica, et περιάμματα confugiunt? Sed hoc quod dixi eo tolerabilius, quo minus aliter dici potuit. Nam Grammatica quomodo tractabis, nisi Grammatice? Vale, et me ama. VIII. Kalend. Januarias.

---

1. *Mactus* est *mage auctus*, ut *malo* est *mage volo.* De hac voce, *macte*, vid. Scaligeri Conjectan. in Varron. p. 48. Turnebi Adv. XI. Heyne. ad Virgil. Æn. IX. 641. Noltenii Lexic. Antibarb. p. 1040.

EPIST. VI. (LIB. IV. 451.)

PETRO SCRIVERIO [1].

TRIA genera Grammaticorum: alii τεχνικοὶ, alii ἱστορικοὶ, tertium genus κριτικοὶ vocantur. Τεχνικοὶ elementa et primores literas docent; item partes orationis, structuram verborum, et similia. Eos Græci γραμματιστὰς potius, quam γραμματικοὺς: et Latini *litteratores*, non *litteratos* vocant. Catullus.

Munus dat tibi Sylla litterator.

Ars autem non Grammatica, sed litteratura. Historici in fluminum, montium, regionum nominibus occupati sunt; abstrusas historias, aut μυθολογούμενα aut ποιητικῶς θεολογούμενα explicant; genealogias Deorum ac priscorum Heroum diligenter rimantur. Plane sunt quos indicat Juvenalis,

Ut legat historias, auctores noverit omnes,
Tanquam ungues digitosque suos: ut forte rogatus
Dum petit aut thermas, aut Phœbi balnea, dicat
Nutricem Anchisæ; nomen patriamque novercæ
Archemori; dicat quot Acestes vixerit annos,
Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas.

Eadem quoque in Historico Grammatico ridet Lucianus ἐν τῷ περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. Sed quanquam hæc ridentur ab

---

1. Petrus Scriverius Leidæ et Harlemæ degit. Vir parum castus. Historiam de eo narrat P. Colomesius (*Recueil de Particularitez* p. 102.) quam jure mirabilem vocat Morhofius in Polyhist. I. xxiv. 89. Facetum ejus dictum memoratur in Menagianis I. p. 43. Quum Isaacus Pontanus, qui versus Musis et Apolline nullo conscripserat, ænigma monostichum de foramine proposuisset,

Dic mihi, quid majus fiat, quo pluria demas.

Scriverius statim respondisse dicitur,

Pontano demas carmina, major erit.

De Scriverio, quem multis laudibus extollit Janus Rutgersius in Variis Lectionibus, quique Scaligeri poemata Græca ediderat, ita loquitur noster in Scaligeranis. "Scriverius habet multos libros bonos: *non legit.* Doctus est; sed Latine." Sic de Lindenbrogio, quem in Epistolis *carissimum* vocat, hoc judicium tulit; *Lindembruch est un fat, et un plagiaire.* Et plagiarius quidem certe fuit; quippe qui bibliothecæ S. Victorianæ apud Parienses multos codices suffuratus sit; quo comperto, in carcerem conjectus est, unde post aliquot dies exiit. Vid. Colomesii librum supra citatum, p. 120.

illis, tamen propria sunt hujus partis Grammaticæ, quæ ἱστορικὴ vocatur. Nobilior utraque κριτικὴ. Nam Critici tanquam censores quidam, et veterum librorum Senatum legere possunt; ut ille apud Ausonium:

Quique sacri lacerum collegit corpus Homeri.

et non probos tribu movere; ut apud eundem,

Quique notas spuriis versibus addiderat.

quia παρεγγεγραμμένα, ἐμβολιμαῖα, νοθεύοντα, et similia deculpare, ut eorum verbo utar, solent, et nota culpæ apposita damnare: neque tantum quæ perperam ab auctoribus dicta, scripta, pronunciata sunt, ἀθετεῖν, ὀβελίζειν; sed et aliorum Criticorum temere scita notare ac castigare, quam κρίσιν εἰκαίους ἀθετήσεις vocabant. Iidem etiam duplices et ambiguas lectiones recensebant, quas διττὰς χρήσεις dixerunt. Nam χρήσεις, Oratorum, Poetarum, Historicorum, sunt auctoritates et scita. Sed præcipua hujus studii pars, transposita in auctoribus suis sedibus vindicare, ut fecit ille, *Qui sacri lacerum collegit corpus Homeri:* quo nomine μεταθέσεις τῶν γραφῶν valde celebrarunt. Et conciliatio sententiarum etiam in Philosophis ad eos pertinebat; ejusmodi sunt συμφωνίαι τῶν δογμάτων in Platone a veteribus Criticis notatæ. Sunt et eorum ἐκλογαὶ καλλιγραφίας, quæ sunt ab illis in quodam auctore venuste novata: hujus enim artis et hæc pars est.

Criticæ principes apud Græcos sunt Aristophanes, Crates, Aristarchus, Callimachus. Apud Hebræos *Masorethæ* sunt, qui apud Græcos Critici; ii incertas ac vagantes artis Grammaticæ regulas in ordinem coegerunt: Bibliorum sacrorum scripta apicibus ac punctis vocalibus, quæ Hebraismi anima est, exornarunt: διττὰς χρήσεις, quas ipsi vocant legenda non scripta, et scripta non legenda, συμφωνίας, διορθώσεις, ὀβελισμοὺς, et si quæ sunt his cognata, in illorum Criticis Commentariis hodie passim videmus. Denique ἡ κριτικὴ apud eos *Masora* vocatur. Apud Latinos nobilissimi Critici sunt Varro, Santra, Sisenna; sed omnium Princeps Varro. Ejus Critica docuit, ex multis fabulis unam tantum et viginti Plautinas esse, quæ postea Varronianæ dictæ sunt. Cum enim Plautinarum fabularum censum ageret, eas nominavit, cæteras præterivit. Hæc sunt quæ de Critica habui. Plura habebam: sed pauciora quæ ad rem facerent, ex tempore delegi.

EPIST. VII. (Lib. I. 35.)

Isacio Casaubono[1].

Eximia eruditio tua, mi Casaubone, expressit a me primum admirationem tui, deinde etiam amorem. Quem si non, uti debeo, palam et apud omnes profitear, malignus sim æstimator non solum tui, sed etiam literarum, quæ in hac senectute studiorum, et pene interitu suo te vindicem unicum nactæ sunt, a quo dignitati et vigori pristino restituantur. Quum primum mihi salivam movissent Theophrastei Characteres tui, dicam serio, de potestate mei exivi, neque me continere potui, quin ea de te prædicarem, quæ et meritum tuum, et amor meus postulabant: quanquam quicquid de te dixero, omne infra virtutes ingenii tui fuerit. Quantum enim memoria repetere possum omnes, qui de literis bene meruerunt, nullus succurrit, qui aut meliora quam tu præstiterit, aut de quo præstantiora sperare possimus. Sic mihi persuasi: neque me fallit opinio mea. Omnia me tua delectant, eruditio, judicium, oratio. Nihil eorum prædicavero quin prius laudavero. Ceteri fortasse, qui meliore judicio sunt, plura dixerint de te, ut faciunt; sed præcipua laudum tuarum nemo libentius commemoraverit quam ego; in quo si mihi indulgere videor, non tamen tibi adulabor. Neque enim is sum, qui in laudandis aliis officii aut existimationis meæ obliviscar. Nos vero, qui nihil unquam nisi abortivum edere potuimus, nihil aliud quam vestigia tua premere possumus, et quæ a nobis infeliciter tentata, ea tibi explicanda relinquere. Tuum enim est hoc facere, non eorum, qui ab omni

---

1. Casaubonum meritis laudibus ubique ornavit Scaliger, qui tamen suas laudes quanti æstimaverit ex his verbis intelligere licet: *Monsieur Casaubon, pour avoir esté loué par moy, et pour sa doctrine, comme aussi Rhodomannus, ont esté estimez—Il m'appelle* autorem famæ suæ: *cela est vray.* Ibidem de Casauboni Persio inquit, *Au Perse de Casaubon, la saulce vaut mieux que le poisson.* In Græcis literis primas Casaubono Scaliger libenter deferebat. Quantum autem Scaligerum vicissim amaverit vir ille sæculi sui princeps, testantur epistolæ ejus ad amicos de obitu Scaligeri scriptæ; Epp. pp. 326. seqq. Dolorem suum in carmine Sapphico Epichoriambico effudit, cujus initium est,

Ὦ μεγίστου παῖ πατέρος μέγιστε,
Ἐξ ἴσου Μοῦσαι Χάριτές τε κεδναὶ
Ἐκθαρύντ' ἐκ νηδύος ὃν φίλαντο,
Σκάλανε δῖε.

doctrina et humanitate imparati, nostra potius carpunt, quam corrigunt. Dignitas earum literarum, quas illustrandas susceperamus, fecit, ut omne, quod scripsimus, curiose rimati sint adversarii; ærugo autem et malevolentia eorum, ut aliovorsum, ac a me scripta sunt, accipiantur. Sed tu quantum ab eruditione potes in illis animadvertendis, tantum ab æquanimitate poteris in excusandis. Desultoria enim semper fuit vita nostra, neque ullo loco me consistere passa est sive infelicitas mea, sive vis major; ita ut optimum studiorum coagulum otium mihi semper defuerit. Deinde et illa, quam in te non agnosco, ὀψιμάθεια καὶ αὐτοδιδαξία facile mihi parabunt patrocinium, quod ab hostibus exspectare non possum, qui mihi obtrectant, non ob eam, quæ in me est, sed quam in me hariolantur esse, virtutem. At hæc querela erat alius loci et temporis. Tu, mi Casaubone, fac, ut amicitia tua nobis pateat, ad cujus aditum usque nos admiratio tui deduxit. Si quis est, qui in eam admitti, et non postremum in ea locum habere debet, is ego sum. Strabonem, Athenæum, Suetonium tuos, avidissime exspecto. Quicquid ex ingenio tuo prodibit, erit plane τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον. Binas a te accepi literas, pene eodem tempore; quarum prioribus quum heri respondere vellem, alteræ me in ipso articulo oppresserunt. Utinam plures accipiam! Vale. Lugduni Batavorum. Nonis Maii cIↃIↃxciiii.

EPIST. VIII. (Lib. I. 46.)

Isacio Casaubono.

Frequentiores a me acciperes, si quis meas ad te tuto deferret: imo si quem nobis casus aut bona sors objiceret, qui ad vos iret. Non enim operæ parcerem, neque committerem, ut meum officium desiderares. quod si quem nanciscimur, cui nostras literas committere possimus, scito nos hoc magni ἑρμαίου loco habere. Tam rara est occasio literas ad te dandi, quum frequentissima sit scribendi. Iste qui has pertulit, Genevam commodum ibat. Nolui tam bonam occasionem amittere: et fortasse cumulus accesserit, si Genevæ meas accipies; ubi te adfore familiæ[1] her-

1. Scilicet Henrici Stephani. Casauboni socer fuit, sed eum non amabat, nec bibliothecæ suæ fores genero unquam recludebat. Lugduni e vivis excesserat haud multum ante has literas ad Casaubonum datas.

ciscundæ, Golardus noster ad mé scripsit, siquidem decessus illuc te evocaret τοῦ δεῖνα. Magna vero jactura Græcarum literarum ille decessit, si præterita ejus in literas beneficia spectes; quæ majora fuissent, nisi ipse literis, imo potius sibi, defuisset. Equidem non possum facere, quin ejus et vivi actus et mortui vicem ægre feram. Doleo, quod non præstitit quæ potuisset; doleo, quod amicum perdidi. Sed oro te, mi Isaci, ut typographio unico totius Hellenismi custodi, culpa illius ruenti, vestra opera aliqua fultura accedat; quæ a principio tam exigua esse non potest, ut non maximæ ruinæ obsistere possit, quam necesse est exspectari, nisi mature illi occurratur. Vidi apud illum egregia exemplaria ἀνέκδοτα: Sextum Empiricum, et alia; quæ tuam ita diligentiam expectant, ut hoc nomine a socero neglecta videantur, ut tibi posteritas hoc deberet, quod ad ipso æquum erat præstari. Sed Lexicon Zonaræ[1], quod in illis ἀνεκδότοις reperies, tuam quoque operam flagitat: quod utinam mensem unum habere liceret! Certe neque te pœniteret expletæ sitis meæ (avidissime enim illud desidero) neque operæ nostræ in illud collatæ; si quidem ejusmodi est, quale amici retulerunt. Si vobis tanti, nostro voto satisfacere, nihil est quod gratius nobis facere possis: sin autem, æquo animo feremus. Scito tamen tutissimo ad nos deferri per mercatores, atque eadem remitti posse. Unius mensis tantum usuram postulamus.

Misi ad te librum De emendatione temporum quem accipies

---

1. Iterum in Epist. 48. p. 171. "Ego videor mihi non inutiliter posse Zonaræ Lexicon tractare, quod est in libris soceri tui, si per te affinem tuum Paulum Stephanum ejus usura brevis mihi contingat." Quibus respondet Casaubonus Epist. 175. "De Zonaræ Lexico subirascor tibi. Sic enim id petis a me, quasi diffideres daturum si possem.—Videbo igitur, quid possit fieri, et si ulla μηχανῇ possum, statim id curabo ad te mittendum. Volo tamen scias, nondum mihi visam τοῦ μακαρίτου Stephani bibliothecam—in quo tanta fuit ἀναρμοστία τῶν τρόπων, ut bibliothecam ipsi genero inviderit." Rursus Scaliger in Epist. 49. p. 172. "De Lexico Zonaræ εὐφήμει. Non tibi diffidebam, sed affini tuo, qui fortasse me non novit. Sed putavi, quia aliquid de bonis soceri ad te pertinet, te jure tuo id posse excipere, aut concedi a cohæredibus: sin aliter, orabam te, ut impetrares a Paulo Stephano. Fortasse sunt ἄνθρακες θησαυρός. vellem tamen aliquot dies ejus copiam mihi fieri; idque ut per te etiam administretur, etiam atque etiam oro." A vero haud multum aberravit vir magnus, quum thesaurum istum carbonem esse posse innueret. Vid. Titmanni Prolegomena in Joannis Zonaræ Lexicon p. LXV.

a Golardo nostro. Manilius propediem recudetur. In libro tertio, trajectionem quinquaginta duorum versuum offendimus[2]. Non potest dici, quanta lux illi scriptori ex illorum versuum restitutione affulserit. Infinita ex Gemblacensi exemplari emendavimus. Quod nemo illum poëtam hactenus intellexerit, tam mihi constat, quam a nullo etiam peritissimo astronomo emendari potuisse. Astronomia enim parum apud eum nos juvat; qui nec Astronomus semper est, et quem dolendum erat tam neglectum hactenus jacere.

Athenæum μηχανικὸν[3], quem mihi missurus es, exspecto. Valde necessarius est mihi ad aliquod negotium, quod sine illo aggredi non possum. Vale, mi Isaci. Lugd. Batavor. XVII. Kal. Jun. Julian. CIↃ IↃ XCVIII.

EPIST. IX. (Lib. I. 61.)

Isacio Casaubono.

Nihil est, quod avidius cupiam scire, quam quid rerum agas, quo in statu sint res tuæ. Nam perculerant animum meum postremæ illæ tuæ, quibus rebus tuis diffidere videbaris. Sed prosperiora amici nostri rescripserunt: melius tecum agi, ac blande te a Rege[4] compellatum. Ego, mi carissime, καὶ πρῶτα τῶν φίλων, in iis quæ ad tua pertinent, nulla te propria cura affici volo. Ego ut lætitiæ, ita et mœroris tui sum particeps. qui me in societatem omnis fortunæ tuæ offero: quæ me perinde ac te afficit. Testis erit mihi Nobilissimus Buzenvallius[5], (qui tibi has reddet,) quanta in solicitudine rerum tuarum fuerim, et quanti semper fecerim et rem familiarem tuam bene stabilitam esse, et securitati studiorum tuorum optime consuli. Id si consecutus es, (ut consecuturum spero,) nihil ultra peto. Nam satis me anxium res tuæ habuerunt: quarum statui cur consultum velim, primum amor in te meus, deinde publica utilitas facit; quæ non nisi rebus tuis salvis constare potest: quum a te nihil prodierit, quod non eximium, præ-

2. Vide eum ad Manil. p. 264.

3. Athenæi μηχανικὰ inter veterum mathematicorum opera postea edita sunt Parisiis 1693.

4. Henrico Magno; qui Casaubonum bibliothecæ regiæ præposuit.

5. Qui legatus munere apud Hollandiæ ordines functus erat.

stantissimum, et reip. literariæ fructuosissimum sit. Multos habes discipulos, id est, totidem lectores operum tuorum, in quibus eorum, qui multum te magistro se profecisse dicant, ego aut non deterrimus, aut recte inter præcipuos sum[1]. Hanc confessionem, hoc testimonium a me exprimit tuus Athenæus, a cujus lectione longe doctior et melior prodii. Sed hæc privatim. Et alia longe luculentiora de te judicia mea vel iste nobilissimus vir, vel alii amici nostri, tibi referent.

Eusebius meus jam annum cessat: intervenit illi mora ex desiderio nostro. Est quidam scriptor[2] in Bibliotheca Regia, qui multum exornare auctorem nostrum potest; imo sine eo non nisi imperfectus prodire potest: ejus usuram a Thuano Præside postulo. Si impetro, spero me totum Eusebium Græcum publicaturum: sin minus, nihil aliud, quam per Thuanum nostrum stetisse dicam, quin melior prodiret autor noster. Si veretur librum sub idoneis fidejussoribus credere, saltem ut tibi tradat excerpenda ea quæ ille scriptor ex Eusebio accepit: tu, quamquam occupatissimus, laborem non refugies, certo scio; tantam enim amicitiæ nostræ fiduciam cepi, ut nihil non a te me impetraturum confidam. Quaternis literis Thuanum de hac re convenī. Expecto quid me sperare jubeat. Optimus vir est, et nostri studiosissimus: sed utinam tantum auderet, quantum potest; nam hoc unicum deesse illi videtur. Quid gloriosius illi, quam literas, quas ipse unice amat, promovere? Oro te, amice, expisceris quid ex hoc lento negotio spei tandem mihi affulgeat. Daniel Heinsius, puto, tibi scribit. At scis quantum ingenium? quam rara eruditio in illa ætate? quæ probitas? Nolo verbum addere: alias melior erit dicendi locus. Vale. Lugd. Batavorum VII. Kalend. Octobr. Juliani cIↃIↃcI.

---

1. Sic in Scaligeranis; "Casaubonus doctissimus. Ego ejus discipulus; gustum habes rerum, sed non doctrinam."

2. "Monachus Georgius, qui Chronologumena a conditu rerum "ad tempora Maximinorum descripsit." Verba sunt Scaligeri ex Epist. 62. Idem in Epist. 63. "Sed Georgium frustra a vobis expectavi, quantum video; et quia periit; et quia non impetrassem, "etiamsi in vestra potestate fuisset.—Barnabas Brissonius bonam "partem librorum Regiorum domum suam transtulit. Post casum "ejus, vidua avara frustò panis, si ita loqui fas est, divendidit. "Aliquot vidimus in istis regionibus."

V. IMMORTALITAS ANIMÆ.

Σκόπει δὴ—τῷ μὲν θείῳ, καὶ ἀθανάτῳ, καὶ νοητῷ, καὶ μονοειδεῖ, καὶ ἀδιαλύτῳ, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως, καὶ κατὰ ταυτὰ ἔχοντι ἑαυτῷ ὁμοιότοτον εἶναι ψυχήν. PLATO.

NEQUICQUAM ergo animos nigræ formidine mortis
Solverit, humanisque offusa crepuscula rebus
Purior eluerit ratio ; nequicquam animaï
Nataram, penitusque altos patefecerit ortus
Religio—quoniam interea dulcedine vitæ
Sollicitamur, et ancipitis sub limine leti
Plangimus, et lugemus, inhæremusque dolori
Immemores! quasi demum animæ vivata potestas,
Mortalem induta eluviem, terrenaque vincla,
Occubet, atque arcti patiatur claustra sepulcri.
Jam vero imprimis sacræ penetralia mentis
Explorare, adeoque ipsos exquirere fontes
Profuerit—simplex ergo atque intactilis illa est,
Quæ neque vulneribus laniari, nec potis ullâ
Vi labefacta quati, et quino dominatur in artus
Cincta satellitio, tenuis quibus addita circum
Compages nervorum, et molli stamina nexu
Multimodis agitata, levisque capacia tactûs.
Qualis ubi tremuli excipiens suspiria venti
Increpuit chelys, elicitos ea percita sensim
Solvitur in numeros, ultroque per omnia mœstum
Fila bibit melos, et molli languescit in aurâ.
Haud secus assiduo tremulos ferit impete sensus
Materies circumvolitans : mens unde recepto
Tangitur impulsu, et salientibus incita nervis,
Vel placidi murmur Zephyri, et sinuosa sonorum
Flumina, vel liquidum lucis bibit acrior imbrem.
Non tamen his animám ex rebus constare putandum est
Vivam illam et vegetam, quæ quanquam adjuncta parumper
Vincula, et humanæ patitur contagia labis,
Excutitur tamen interdum, et dominantior ipsa
Majestate sedet propriâ, nihil indiga sensûs
Corporei, interiusque suo se lumine lustrat—

Qualem etiam in somnis videas, ubi corpore vincto
Emicat exultans anima, ætheriique volatûs
Prima rudimenta affectans; jam tota sub auras
Velle videtur abire, ultraque ascendere tardos
Materiæ fines, et rupta repagula rerum.
Istanè, cum vitæ Sol occidit, ista sepulto
Cæca comes cineri, et mutis immixta favillis,
Indignâ peritura nece est; penitusque silenti
Nocte jacens, inhonora, extinctaque, nil aget ultra
Infelix spatium, et fluxæ proscenia vitæ?
Quare igitur cupidi angustos diffringere fines,
Debilibusque brevi saltem superesse triumpho
Corporibus, tumulos, umbrataque busta coronis,
Ossaque honorato recubantia Mausoleo
Sacramus, memorique juvat mandarier ævo?
Aut illud quare humanâ sub mente futuri
Increscit desiderium, semperque volentes
Raptat agens animos vitæ melioris imago?
Scilicet indignans lacero plangentia dorso
Lora, catenarumque gravi sub Sole laborem,
Crudele imperium, impositumque libentius Afer
Hâc patitur mercede jugum; cum rura prioris
Conscia desidiæ, et patrii sibi gaudia fingit
Post mortem reditura soli: jamque ardet amœnam
Propter aquam, et suaves Daradi sub vallibus umbras,
Membra toro desueta superposuisse, neque ultra
Flagra gravis domini, aut comitum meminisse querelas.
Nec temere illa rudem ludunt insomnia mentem.
Esse Deum, ultorem sceleris, tardæque ministrum
Justitiæ natura docet: nec cernere frustra
Credibile est illum lacrymas, et tristia mentis
Vulnera.—Sic vobis ultra confinia vitæ
Leniat, afflicti, gemitus, sic limine mortis
Excipiat, puroque animos soletur amore.
Jam vero Elysios saltus, habitandaque castis
Arva piorum animis, et amœni umbracula luci,
Mœrentesve Acherontis aquas, Lethesque soporum
Flumen, et ad tristes æterna crepuscula ripas,
Ultricemque metum, exurendaque crimina flammâ,

Quid tibi, mortalis, tanti est garrire? quid illa
Usque adeo majora tuâ mysteria mente
Nequicquam exägitas animi miser? inque peditus
Hæres, conquererisque, et inani falleris umbrâ?
Vástæ illic obstant tenebræ, ulteriusque vagari
Impediunt caligantes velantia sensus
Nubila, dum brutâ mentem sub mole fatigat
Pondus hebes membrorum, et vincula materiaï.
Esse autem immortalem animam, fractæque ruinis
Materiæ, atque orbi penitus superesse revulso,
Vividus ingenii calor, et divina facultas,
Affectusque, metusque, et spes, quæ præscia lustrat
Æterna ulterius spatia, et felicius ævum;
Ipsa quoque exclamat, vadens opera omnia circum,
Ipsa Dei Natura—I, demens, crede tonantem
Nil curare, nec humanis intendere numen
Posse Deos, animamque perire, et lubrica rerum
Semina, saltantesque atomos fluitâsse, prius quam
Ingenitâ virtute novus coalesceret orbis.
Ista, soporatæ quoniam sic somnia menti
Arrident, tecum ista agita, tenebrasque secutus
Plaude tibi, penitusque solo adsternaris, et erres
Cæcus et infelix Epicureo in Labyrintho.

R. S. *Coll. Regal. et Univ. Schol.*

In Comitiis Posterioribus, 1795.

CARMEN ANTISTROPHICUM
EX ÆSCHYLI PROMETHEO.

Carminis Æschylei descriptionem veriorem ea, quam a Burneio accepit Blomfieldius, hodie lectoribus nostris apponimus. Sunt versus Promethei ed. Blomf. 582—629. quibus Io casus suos et miserias furibunda deplorat. Hos partim antistrophicos esse multi forsan suspicati sint: primus autem, quod sciam, Elmsleius, in Censura editionis Blomfieldianæ (*Edinb. Rev.* Tom. xvii. p. 235.) animadvertit verba ὑπὸ δὲ κηρόπλαστος ὀτοβεῖ δόναξ v. 591. stropham inchoare, antistropham vero v. 613. πόθεν ἐμοῦ σῦ πατρὸς ὄνομ' ἀπύεις; Multa etiam observavit ille, quæ ad veram lectionem hujus carminis constituendam pertinent, de versuum autem divisione judicium suum non interposuit. Elmsleii sententiæ accessit alius ejusdem editionis censor (*Quarterly Review*, Tom. v. p. 223.) adjectis pauculis de scriptura loci observationibus. Non multo post Seidlerus, in Libro de Versibus Dochmiacis Lipsiæ vulgato, hinc aliquos versiculos ut antistrophicos citavit, Hermanni judicium allegans, p. 164. Blomfieldius tamen, in altera sua hujus fabulæ editione, Burneii distributionem retinet, veritus, ut opinor, ne mutati versuum numeri, lectoribus molestiam afferrent. Quum vero certissime constet Poetam hæc antistrophice scripsisse, ejusque rei cognitio et faciliores numeros detegat, et non parum faciat ad sanas lectiones restituendas, visum est integrum carmen emendatius, uti spero, describere. Constat fere metris Iambicis, Creticis, et Dochmiacis, inter se venusto more, et Tragicis usitato, permixtis. Ad calcem paginæ lectiones notabo, in quibus a textu Blomfieldii disceditur.

ἀ, ἀ, ἔα, ἔα. 582

χρίει τις αὖ με τὰν τάλαιναν οἶστρος·
εἴδωλον Ἄργου γηγενοῦς·
ἄλευε, δᾶ· φοβοῦμαι 585
τὸν μυριωπὸν εἰσορῶσα βούταν·
ὁ δὲ πορεύεται δόλιον ὄμμ' ἔχων,
ὃν οὐδὲ κατθανόντα γαῖα κεύθει·
ἀλλά με τὰν τάλαιναν
ἐξ ἐνέρων περῶν 590
κυνηγετεῖ, πλανᾷ
τε νῆστιν ἀνὰ τὰν παραλίαν ψάμμον·

Στροφή.

ὑπὸ δὲ κηρόπλαστος ὀτοβεῖ δόναξ
ἀχέτας ὑπνοδόταν νόμον.
ἰώ, ἰώ, πόποι· 595
πᾶ, πόποι, πᾶ μ' ἄγουσι
τηλέπλανοι πλάναι;
τί ποτέ μ', ὦ Κρόνιε παῖ,
τί ποτε ταῖσδ' ἐνε-
ζεύξας εὐρὼν ἀμαρ- 600
τοῦσαν ἐν πημοναῖς;
ἔ, ἔ. οἰστρηλάτῳ δὲ δείματι δειλαίαν
παράκοπον ὧδε τείρεις;

---

v. 585. ἄλευ', ὦ δᾶ Blomf. ἄλευ' ἃ δᾶ alii.

596. Prius πᾶ inserui ob metrum: et sic scribi oportere patet, ut opinor, e vestigiis lectionis in vett. edd. ποῖ, ποῖ, πῶ, πῶ, πῶ· πῇ μ' ἄγουσι. Elmsleius ὦ πόποι, πᾷ μ'. Seidlerus ποῖ, πόποι, ποῖ μ' ἄ.

597. τηλέπλαγκτοι omnes. Correxit Elmsleius.

601. Vulgatur πημοναῖσιν;

πυρί με φλέξον, ἢ χθονὶ κάλυψον, ἢ
ποντίοις δάκεσι δὸς βορὰν,
μηδέ μοι φθονήσῃς
εὐγμάτων, ἄναξ· ἄδην με
πολύπλανοι πλάναι γε-
γυμνάκασ', οὐδ' ἔχω
μαθεῖν ὅπα πημονὰς ἀλύξω.
κλύεις φθέγμα τᾶς
βούκερω παρθένου;

Sequuntur quatuor Senarii.

Ἀντιστροφή.

πόθεν ἐμοῦ σὺ πατρὸς ὄνομ' ἀπύεις;
εἰπέ μοι τᾷ μογερᾷ, τίς ὢν,
τίς ἄρα μ', ὦ τάλας,
τὰν ταλαίπωρον ὧδ' ἐ-
τήτυμα προσθροεῖς,
θεόσυτόν τε νόσον ὠ-

---

604. In edd. deest με, quod inserendum vidit Elmsl.

605. Ita edd. ante Brunckium, qui invexit ποντίοισιν.

608. Ita Ald. Turn. et tres MSS. Ceteri πολύπλαγκτοι. Verum πολύπλανοι, quod metrum flagitat, convenire cum illo δύσπλανος quo utitur v. 632. observavit H. Steph.

609. Vulgo γεγυμνάκασιν. Emendandum monuit Elmsl.

610. Constat hic versiculus e duobus Iambicis Penth. quod metrorum genus apud Æschylum satis frequentatum est.

611. 612. Sic legit et dividit Blomfieldius in notis. In textu retinet vulgatum πρόσφθεγμα. Hæc choro adsignant editiones; puellæ vero continuanda esse monuit Elmsleius, nisi antistrophica θρόει, φράζε τᾷ δυσπλάνῳ παρθένῳ choro tribuere malles.

616. ἐτήτυμα tres MSS. et Heath. Schutz. Butler. ἔτυμα ceteri.

618. Editur vulgo θεόσυτον δέ. θεόσυτον Morell. Butler. quod metro necessarium est, ut λαβρόσυτος v. 623. Supra v. 287. legitur

νόμασας, ἃ μαραί-
νει με χρίουσα κέν-
τροισι φοιταλέοις;
ἔ, ἔ. σκιρτημάτων δὲ νήστισιν αἰκίαις
λαβρόσυτος ἦλθον, Ἥρας
ἐπικότοισι μήδεσι δαμεῖσα· δυσ-
δαιμόνων δὲ τίνες, οἳ—ἔ, ἔ—
οἵ' ἐγὼ, μογοῦσιν;
ἀλλά μοι τορῶς τέκμηρον,
ὅ τι μ' ἐπαμμένει πα-
θεῖν. τί μῆχαρ, τί φάρ-
μακον νόσου, δεῖξον, εἴπερ οἶσθα.
θρόει, φράζε τᾷ
δυσπλάνῳ παρθένῳ.

---

legitur κραιπνόσυτον in anapæsticis. τε pro δὲ habent Ald. Rob. et MSS. quidam.

620. κέντροισι omnes ante Burneium; recte.

621. φοιταλέοισιν omnes. Monuit Censor Trimestris (Q. R. V. p. 223.) legendum esse φοιταλέοις, secunda producta, conferens Eur. Orest. v. 321. ubi φοιταλέου. φεῦ μόχθων. respondet versui antistrophico 337. δεινῶν πόνων, ὡς πόντου.

623. Idem Censor vocem Ἥρας, quæ vulgo deest, e Scholiasta A. inserendam esse primus animadvertit; nec aliter Hermannus apud Seidler. de Dochm. p. 164.

624. Ita recte edd. vett. μήδεσιν Pauw. ἐπικότοισιν Burn.

629. Fluctuant libri inter τί μὴ χρὴ, τί με χρὴ, et τί μοι χρή. obelo notavit Porsonus. Feliciter, ut opinor, conjecit Elmsleius τί μῆχαρ, observans utrumque μῆχαρ et μῆχος non male per ἀπαλλαγὴ explicari posse.

In Stropha, si modo recte a nobis divisa sit, e metris dochmiacis constant versus 593. 595. 597. 599. 604. 611. Cretici dimetri sunt vv. 598. 600. 601. 609. 612. E creticis et dochmiacis conjunctis constant vv. 594. 605. e cretico et ditrochæo v. 596.

J. H. M.

STATEMENT OF SOME OPINIONS

RESPECTING THE

GREEK ACCENT.

THE question respecting the pronunciation of the Greek language has divided itself into two distinct parts, one relating to the sound of the vowels, diphthongs, and consonants; the other referring to the manner which should be adopted in the prolation of words with a proper regard to accent. In the controversy which arose on the former part of the subject many scholars of the Continent were engaged: among our own countrymen, Bishop Gardiner, Professor Cheke, and Sir T. Smith took the most active part. The diversity of opinion which has been entertained on the expediency or inutility of attending to the information pointed out by the Greek accents, has produced many treatises; the works of Primatt, Gally, Foster, Horsley, and Mitford are those of our own country, which contain the most detailed information on the subject.

It is probable, that on neither one, nor the other of these questions will the learned world ever come to an entire agreement: accents will still be considered by many, "mute and unmeaning marks;" (Gibbon): nor will the most strenuous advocates for the use of them either understand clearly, or be able to explain to others satisfactorily, "That secret power of Harmony and Tone[1]," which was so pleasing to the ear of a Greek. With respect to the pronunciation of the letters of the language, the various nations of Europe differ from each other, and all differ, in a greater or smaller degree, from the right mode. In England, we are almost singular in the erroneous and vitiated pronunciation of some letters; "we Englishmen," says Milton in his Tractate on Education, "being northerly, do not open our mouth in the cold air wide enough to grace a southern tongue." Scaliger was once complimented by an Irishman in Latin; but the sound of the words was so unlike any thing to which the ears of that scholar had been accustomed, that he supposed the stranger was addressing him in his native idiom; and in answer to his address, he replied, *Domine,*

1. Milton.

non intelligo Irlandice. If it could be possible to cite the best scholars in Europe before the Ἡλιαία at Athens, or the assembled senate of Rome, we suspect that few entire sentences of a pleading of Isæus, or a Verrine oration would be so spoken by them, as to be comprehended by their audience.—These questions must, from the nature of them, continue to be involved in doubt and obscurity; and although some light may be thrown upon them from what we find in Dionysius of Halicarnassus, and Grammarians and Scholiasts, yet there will be many things, which, to use the words of Sanctius, *fugient nostras aures.*

The first opponent of the *propriety* of accents was Isaac Vossius; for it does not appear that Scaliger doubted whether these *virgulæ* were properly placed, as we find them; he observed only, that if the nice tonical pronunciation of the antients could be expressed by a modern, it would be disagreeable to our ears. (Foster.) But Vossius questioned their situation upon the words, and thinking them inconsistent with the short syllables, he removed them to those which were long.

It has been remarked, that in examining the question concerning the use of accents, we ought to attend to the testimonies which the antients themselves afford; for they alone are competent to give proper evidence on the subject. Did they, then, consider them as opposed to quantity? The defenders of the accents, answer in the negative; for quantity is the foundation on which the accentual system stands; it is the circumstance which the most general rules for the seat or species of accent, regard. (Hors. 39.) "The antient Attics, says Eustathius (Od. H. p. 284.) made the final ᾱ of such words long; *wherefore* they acuted their penultima, and said ἀγνοΐα." (Foster, 339.)

The opponents of the accents say, that in the time of Aristophanes the grammarian, and his immediate successors, they were placed according to quantity, but that afterwards, the grammarians departed from that system, used them in a different manner, and assigned to them their actual position. Vossius contended that until the time of Antoninus and Commodus, and indeed to the seventh century, accents and quantity agreed, and that the marks were employed for instruction in metre. But the observations of Ælius Dionysius, Apollonius, Herodian, and other critics of the time of Hadrian, shew that they read *their* copies of the antient writers by the same visible notation of accent which was

used by the grammarians of Alexandria; and the scholiasts and commentators of subsequent ages to the times of Eustathius, Lascaris, Gaza, agree with those who preceded them. The chain of evidence on this part of the subject is unbroken.

Bishop Horsley endeavoured to shew, that the accentual system, as handed down to us was not phonetical merely, before the time of Aristophanes, but was a written notation used in Greece. The decision of this point does not appear very important. If it be asked, why accents were not used in writing, as in pronunciation, before the time of the Alexandrian critics, a visible notation, it is answered, was not wanted: this was necessary at Alexandria, not at Athens; it was of use to strangers and the children of strangers learning Greek, but not to those who were acquainted with it as a vernacular idiom. Mr. Blomfield has observed, that in the Venetian Scholia, when mention is made of the grammarians who succeeded Aristophanes, they are said to use the accentual marks; but that nothing of the kind is stated, when the names of those who lived before him are referred to; and this, he adds, is a strong presumptive proof in favour of the common opinion which ascribes the first introduction of them to that grammarian.

But accent (*προσῳδία*) it is said, had a reference to music only; it is defined, *τόνος πρὸς ὃν ᾄδομεν*—This, it was replied, is only one part of the definition; the other adds, *καὶ τοὺς λόγους ποιούμεθα*, which extends it to reading and speaking[1]. Dionysius also, when he mentions the constituent parts of perfect writing or speaking, uses the words *τάσεις φωνῆς, αἱ καλούμεναι προσῳδίαι, διάφοροι*, "different tones of voice, that are called accents," *Περὶ Συνθ.* They were musical marks.—*Ans.* This is not true; music had its own marks, namely characters formed from alphabetical letters. (Hors. 37.) They were metrical marks.—*Ans.* Quantity had its own separate marks.

The literary researches which are now actively carried on at Naples, will inform us whether the Virgulæ are observable in the Herculanean MSS. Villoison[2], on the authority of Winkelman quotes the word OYKOYN from the treatise of Philodemus on Rhetoric, as having accents. They have been seen on no inscription of the cursive character, of old date; for that which was said to have been discovered on a wall at Herculaneum, is now con-

1. Foster, p. 6. 2. Proleg. p. xi.

sidered by the best scholars on the continent as spurious. (Schow de P. B. 112.) In the following words which we give from Gruter, we find a rare instance of an accented inscription in uncial letters.

ΑΙΔΉΜΩΝ
ΠΡΌΜΟΙΡΟΣ
ΝΏΣΑΣ.

Variorum Corrigenda. CCCXLVII. That the want of a visible notation of them might sometimes lead to a misapprehension of a passage in the antient writers, is evident from the instances quoted by H. Stephanus, of the confusion of διαβαλὼν, διαβαλῶν, διαβολῶν in a passage of Plato. (Foster, 341.) Origen, we are told, read the words ΟΥΑΙΣΟΙΧΩΡΑΖΙΝ as if they meant, "Woe to thee, land of Zin," instead of "Woe to thee, Chorazin." We may add, that Jerome confounded ἅγνος and ἁγνὸς, and understood by ΚΑΘΑΙΡΕΙ, *subvertit* (καθαιρεῖ,) when the meaning of the passage requires, *καθαίρει emundavit*. (G. Vossius, de A. G. L. 2. c. 8.)

It was contended by those, who asserted that accent affected the syllable, over which it was placed, that the scholiast on Hephæstion quotes this line of Homer in the 12th Iliad, and adds that the acute in ὄφιν lengthens the first syllable.

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ἐπεὶ ἴδον αἰόλον ὄφιν.

and that Eustathius on the line (Od. K. v. 60.) Βῆν εἰς Αἰόλου κλυτὰ δώματα, says, there is a violation of the metre, of which the acute in Αἰόλου is to be the θεραπεία, the *restorative medicine*. (Foster's Reply, 38.) *Ans.* The scholiast's explanation is wrong upon this principle; that if accent had made any part of the doctrine of quantity, it is strange that Hephæstion professing to treat on the latter, should not have mentioned the former in the course of his work, (Horsley, 137.) With respect to Eustathius, it appears, says Foster, that he was far from being satisfied with his own explanation. The two words were probably pronounced ὄπφιν, Αἰούλου. The reader will find in Mr. Gaisford's Hephæstion two passages cited from Eustathius and Scaliger, respecting the first of these words (pp. 181, 182.)

In examining the work of Dr. Gally, we may remark that a great part of it is irrelevant to the discussion of the question between himself, and Dr. Foster: for he observes towards the end of it, that his chief object was to shew, "that the Greek language

cannot be pronounced according to accent, i. e. according to that acute accent, which we use, without spoiling the quantity." This would be readily conceded by every one who has attended to the first principles of the question; because in our own language, quantity and accents usually go together: "the longest syllable in almost every word being that on which the accent falls." (Hors. p. 4.) Dr. G. should have shewn that they were not separated, nor separable in the Greek language.—If, as he asserted, elevation necessarily implied prolongation, some one of the syllables in λεγε, λεγετε, λεγομενα must be long; the acute must be placed on one of them; but which would be lengthened? (Foster, 265.)

The prejudice against the Greek accents, (the defenders of them remark) seems to have arisen from supposing that, because in most modern languages a long time is commonly connected with elevation of voice, they were necessarily connected in the languages of Greece and Rome. "You are deceived," says Melancthon, "if you say that acute and long, or grave and short are the same. The generality of grammarians are apt to blunder wretchedly in this affair. All long syllables are not acuted: in *Virgilius, Vir* is long, but not acuted; nor all acuted long; in *Virgilius, gi* is acuted, though short." (Foster, 120.) The distinction between accent and quantity, in Greek, as well as their use in ordinary pronunciation and discourse are pointed out by Dionysius in the following passage: "When we are taught our letters, we first learn their names, then their forms and powers:—after this, he adds, we proceed to whole words, with their particular modes and qualities. I mean the length, and shortness of them, and their *accents*." περὶ Συν. (Foster, 160.)

In answer to a question asked by Dr. G. whether an acute accent may be sounded in such a manner as will not make the short syllable on which it is laid, appear long, Dr. F. replied, that he would elevate and shorten the penultimate of κυρίου in the judgment of any ear that can distinguish a high from a low tone in as easy, and discernible a manner as he could shorten the grave penultima of *maximos*." He quoted Cheke's words, who said that many of his Greek scholars were capable of expressing the true sound of the letters, their quantity, their accent, with great ease. He had already referred to the words of Michaelis, who approved of the opinion of Gesner, "that the accents do

not at all determine which syllable is to be pronounced longest; that the accent for instance of ἄνθρωπος being placed on the first syllable doth not oblige us to pronounce the word as a dactyl; thus as the Greeks spoke somewhat more musically than we, they pronounced some syllables more distinctly than others; they raised their tone and dropped it; and the accents are evidences of this." The learned translator of Michaelis was informed by Professor Reiz, that he had frequently heard Eugenius a Greek priest, afterwards Archbishop of Cherson, read Greek verse, and that he marked by his pronunciation both accent and quantity. *Marsh's Mich.* Vol. II. p. 901.

It is to be regretted that some of those eminent scholars who were well qualified to treat this subject with great accuracy and clearness, have only left us a few remarks upon it. Bentley uses the words, *Ratio hodie præpostera atque perversa Græcorum accentuum.* (Epist. ad Millium, p. 82.) He seems to have thought with Dawes, that the use of them now would be wrong, because it would be difficult to apply them without vitiating the quantity of the syllables. But whatever was his opinion in the passage we have cited, in a later work, as Foster remarks, written professedly on Metre and Rythm (*de Terent. metris*) he considers the Greek accents as differing from the Latin, without hinting the least suspicion of their present visible system being vicious or corrupted.

Valckenaer allowed that they were to be used, as being necessary to " determine a diversity of signification in words," but was of opinion that no one verse of a Poet, or sentence of an Orator, should be read according to them. *Vid. Dawes. Misc. Crit. edit. Burgess.* p. 369.

D'Orville thought they were formerly used, *non quantitatis indicandæ causa, sed ad pronunciationem et rythmum regendum. Crit. Vann.* p. 333.

The remarks of Gerard Vossius (c. x. l. 2. de A. G.) shew that he thought the Romans shortened and sharpened the penultimate of *calefacis, tepefacis,* saying, καλεφάκις, τεπεφάκις, but that the moderns either pronounce, καλεφᾶκις, τεπεφᾶκις, or καλέφακις, τεπέφακις; similar errors, he says, pervade our pronunciation of Greek. *Hodie quisquis Poetæ alicujus versus recitat, aut accentus tantum rationem habet, aut solum quantitatis. Veteres, me judice, longe aliter, qui utriusque rationem habebant.*

Markland, in a letter to Dr. Taylor, thinks, they were designed by those who left Greece to settle in a nation of a different tongue, and were desirous that their children or successors should continue in the knowledge or use of speaking the Greek language; and in a letter to Dr. Foster, he says, he has long been satisfied of the antiquity of the Greek accents; he thought no real scholar could ever doubt of it; and adds, "the present common way of quoting Greek without accents, I always took for nothing more than a subterfuge for ignorance."

With respect to the music of the chorus, Dr. Bentley says that the dialect which it used was Doric, being best adapted to the Doric mood in which it sang; which, with deference to so great an authority, is but a poor account of the matter. The dialect of the chorus was the remains of its original rusticity, for it appears from Aristotle (*de Poet.* c. 4.) that the invention of tragedy belonged to the Dorians. And it is not by any means clear that the chorus always used the Doric mood. It is more probable that they varied the mood according to the subject. Athenæus, (XIV. p. 624.) speaking of the Æolic, Doric, and Ionic moods, says that the last, "by reason of its grave and harsh and pompous character is well suited to tragedy." Plutarch, or the author of the treatise *de Musica*, p. 1136. C. says that the Mixo-lydian mood is pathetic, and fit for tragedies; that the first inventress of it was Sappho, from whom the tragedians learned it, and combined it with the Doric; and further, that it was akin to the Ionic mood; which observation illustrates the passage of Athenæus. The reader will bear in mind that we are all along considering the *chorus of tragedy*. It is curious, as Mr. Twining has observed, to trace the gradual extinction of the chorus. Originally it was all: then relieved by short intervals of dialogue, but still principal—then subordinate, digressive, and ill connected with the play: then borrowed from other pieces, (a custom first practised by Agatho)[2] and at last degenerating into music between the acts.

The early tragic poets taught their own choruses to dance. Athenæus tells us that "the ancient poets, Thespis, Pratinas, Carcinus, and Phrynichus, were called ὀρχηστικοὶ, because they not only used much dancing in the choruses of their plays, but were themselves common dancing-masters, teaching any body that had a mind to learn[3]." Again, "Chamæleon says, that Æschylus was the first person who taught his chorus figure-dances; not having recourse to professed masters, but inventing himself the

1. See Casaubon *de Sat. Poes.* I. 4. Valckenaer in Ammon. p. 83. Alberti *in Hesych.* v. Σίκιννις.
2. Aristot. de Poet. 32.
3. Athen. I. p. 22. Bentley. Dissert. p. 264.

figures to be danced by them." Afterwards there were regular διδάσκαλοι, who undertook for a certain sum, to teach the chorus, and, in some instances, furnished the chorus for hire; instances of which were given in our last paper on this subject.

The place where the chorus was taught its dances was called χορεῖον; for so I understand the words of Pollux IX. 41: ἐκάλουν δὲ τὸ διδασκαλεῖον καὶ χορόν. (read χορεῖον. Hesych. Χορεῖον. διδασκαλεῖον.) About which the commentators are quite in the dark. Hesychius, Φωλεόν· διδασκαλεῖον—οὗ χορεύουσι καὶ διδάσκουσι. Idem. Μελιτεών. οἶκος ἐν ᾧ ἐμελέτων οἱ τραγῳδοί.

The orchestra was semicircular, for which reason it was called, in later times, Σῖγμα, from its resemblance to the form of that letter. Photius; Ὀρχήστρα, πρῶτον ἐκλήθη ἐν τῇ ἀγορᾷ. εἶτα καὶ τοῦ θεάτρου τὸ κάτω ἡμίκυκλον, οὗ καὶ οἱ χοροὶ ᾖδον καὶ ὠρχοῦντο—Ὀρχήστρα, τὸ νῦν τοῦ θεάτρου λεγόμενον σῖγμα. Lex. Seguier. p. 270. ed. Bekker. Κατατομή. ἡ ὀρχήστρα ἡ νῦν στίγμα (σῖγμα) λεγομένη. ἢ μέρος τι τοῦ θεάτρου κατετμήθη, ἐπεὶ ἐν ὄρει κατεσκεύασται· ἢ κατὰ (τὸ) συμβεβηκὸς ὁ τόπος οὕτω καλεῖται. ἢ τὸ νῦν λεγόμενον διάζωμα. Compare Harpocratio v. Κατατομή. With respect to the number of the chorus, I omitted to remark, that we are told by the author of the Life of Sophocles, that it was increased by that poet from twelve to fifteen, which is an additional testimony against the common story about the Eumenides of Æschylus. The same author informs us, upon the authority of Aristoxenus, that Sophocles first introduced the Phrygian mood into his songs. See above, p. 209.

V.

Of the Dress and Ornaments of the Actors.

Every one knows that the ancient performers wore masks adapted to their respective characters; a device which effectually precluded that expression of the countenance, in which we are accustomed, and with justice, to place a very considerable part of the histrionic art. The reason of it seems to have been, that as the actor was elevated by his *Cothurni* above the ordinary stature of a man, it was necessary, in order to preserve the due proportion of the human form, that his countenance should be enlarged in a corresponding degree. Besides which, the vizards were so

contrived as to answer the purpose of a speaking trumpet, and to make the actor's voice sonorous and loud; whence, according to Gabius Bassus,[1] came the Latin term *Persona*. The Greek name πρόσωπον means literally *any thing applied to the face*. This was the ancient term, but later writers call it προσωπεῖον.[2] In the earlier age of tragedy, the actors smeared their faces either with the lees of wine, as we have before observed, or with a kind of paint called βατραχεῖον.[3] Different actors invented different masks.[4] Who first introduced them into comedy is unknown.[5] But Æschylus first used them in tragedy; *personæ, pallæque repertor honestæ Æschylus*, says Horace.

The different kinds of vizards are described by Julius Pollux IV. 133. *seqq.*[6]

We come next to the buskins worn by tragic actors, called ἐμβάται, or κόθορνοι. The Scholiast on Lucian Jov. Frag. p. 13. ἐμβάτας μὲν, τὰ ξύλα, ἃ βάλλουσιν ὑπὸ τοὺς πόδας οἱ τραγῳδοὶ, ἵνα φανῶσι μακρότεροι. But Pollux IV. 115. says that the tragic buskins were called κόθορνοι or ἐμβάδες, and the comic ἐμβάται. The invention of the buskin is attributed to Æschylus; τοὺς ὑποκρίτας—τῷ σώματι ἐξογκώσας, μείζοσί τε τοῖς κοθόρνοις μετεωρίσας.[7] So Horace, *Æschylus—Et docuit magnumque loqui nitique cothurno*. Others ascribe it to Sophocles, as Servius relates in his notes on Virgil Ecl. VIII. 10. *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno*. Hence *cothurnus* is often put *metonymice* for *tragœdia;* as in Horace Od. II. 1. 12. *grande munus Cecropio repetes cothurno*. Juv. XV. 29. *vulgi scelus, et cunctis graviora cothurnis*. The object of their wearing these buskins with thick soles, was to elevate them above the ordinary level of human stature; for the personages of all the Greek dramas were men of the heroic ages, who were thought to have

1. In Aulus Gellius V. 7.
2. *Ulp.* (or rather *Zosimus Ascalonita*, as Mr. Dobree has lately shewn) *in Demosth. de Fals. Leg.* p. 116. A.
3. *Schol. Aristoph. Equit.* 520.
4. *Athen.* XIV. *p.* 659. B. *Tyrwhitt. in Aristot.* p. 139.
5. *Aristot. Poet.* § 11.
6. A work *de Personis et Larvis*, was published at Rome in 1639, by Agesilaus Marescottus; but it is exceedingly rare; and I have never seen it.
7. *Auctor vitæ Æschyli, in edit. Robortelli.*

been superior in size to their posterity.[1] The reason commonly assigned is the great size of the Greek theatres, which seems to me a very inadequate one. Lucian[2] says, ἢ καὶ, νὴ Δί', εἴτις ὑποδησάμενος κοθόρνους, μικρὸς αὐτὸς ὢν, ἐρίζοι περὶ μεγέθους τοῖς ἀπὸ ἰσοπέδου ὅλῳ πήχει ὑπερέχουσιν. I think it doubtful whether the tragic buskin was ever called κόθορνος by the more ancient writers, who used this word to denote a sort of sandal worn by women, not made right and left, as sandals usually were, but equally adapted to both feet; whence Theramenes was called ὁ κόθορνος, as having attached himself with equal readiness to that party which happened to be uppermost.[3]

We are informed by Diomedes in the extract above referred to, that the actors wore garments down to their feet, in order to conceal the device of the buskins. *Ister* the grammarian informs us that Sophocles invented the white sandals which were worn by the actors and the chorus.[4]

VI.

Of the Theatre.

The theatre at Athens was formerly a temporary building, constructed of wooden planks (ἴκρια), in the forum.[5] These having given way during the representation of a play of Pratinas, or of Æschylus,[6] a more substantial theatre was erected in the precincts of the temple of Bacchus, near the Acropolis.[7]

That portion of the theatre appropriated to the performances, was divided into 1. Σκηνὴ, the whole stage; 2. Λογεῖον, in Latin *pulpitum*, that part where the actors stood;[8] 3. Ὀρχήστρα,

---

1. *Diomedes. Comm. in Dionys. Thrac. ap. Valckenaer. Animadv. ad Ammon.* p. 75. de tragicis; ἐπιδεικνύμενοι δὲ τῶν ἡρώων ὡσανεὶ τὰ αὐτῶν πρόσωπα πρῶτον μὲν ἐπελέγοντο ἄνδρας τοὺς μείζονας καὶ εὐρυβόας· δεύτερον δὲ βουλόμενοι καὶ τὰ σώματα δεικνύειν ἡρωϊκὰ, ἐμβάδας ἐφόρουν καὶ ἱμάτια ποδήρη.
2. *pro Imagin.* II. p. 485.
3. *Suidas* v. Κόθορνος.
4. *Apud Auctorem Vitæ Sophoclis.*
5. *Photius* v. Ἴκρια.
6. *Suidas* vv. Αἰσχύλος. Πρατίνας. See the Preface to the Persæ of Æschylus, p. xvi.
7. *Hesych.* v. Ἐπὶ Ληναίῳ. *Ruhnken. Auctar. Emend. in Hesych.* v. Διονύσια.
8. *Phrynich. Ecl.* p. 64. *ubi vid. Nunnes.*

a semicircular space before the Λογεῖον, and a little lower than it; on which was the Θυμέλη or *altar of Bacchus*,[1] 4. Ὑποσκήνιον, or Κονίστρα, the floor of which was on a level with the area of the theatre, a space decorated with columns and statues.[2]

The space before the Σκήνη, where the actors stood, was also called Προσκήνιον.[3] The following passage of Vitruvius will shew the nature of these divisions.

"Ampliorem habent Orchestram Græci, et scenam recessiorem, minoreque latitudine pulpitum, quod λογεῖον appellant: ideoque apud eos Tragici et Comici Actores in Scena peragunt: reliqui autem artifices suas per orchestram præstant actiones, ideoque ex eo *Scenici* et *Thymelici* Græce separatim nominantur."[4] See Section I. p. 74.

It appears from a story told by Athenæus XIV. p. 631. F. that the space beneath the stage, whither the actors retired to dress or repose, was called ὑποσκήνιον.

The wings of the scenes were called παρασκήνια; and there were three doors on the stage, one in the centre, which represented the door of a palace, or the residence of the chief personage of the drama; one on the right, through which the second actor retreated; and a third on the left side, which was appropriated to the τριταγωνίστης, or to represent some deserted house or temple.[5] And in tragedy, according to Pollux, the right hand door is that by which strangers enter, and the left hand door is that of a prison. Before the principal doorway was an altar of Apollo ἀγυιεύς.[6] The following passage of Vitruvius (V. 8.) describes the difference of the scenes.

"Genera sunt scenarum tria, unum quod dicitur Tragicum, alterum Comicum, tertium Satyricum. Horum autem ornatus sunt inter se dissimiles, disparique ratione: quod tragicæ deformantur columnis, fastigiis et signis, reliquisque regalibus rebus. Comicæ autem ædificiorum privatorum et mænianorum habent

1. *Suidas* v. Σκήνη.
2. *Suidas ibid. Pollux* IV. 124.
3. *Vitruvius*, V. 6.
4. *Idem*, V. 8.
5. Pollux IV. 124. The author of the Life of Aristophanes tells us, that the chorus of Comedy, when entering, as it were, from the city, came in at the left side, and from the country, at the right.
6. Pollux IV. 123. Eurip. Phœniss. 640.

speciem, perspectusque fenestris dispositos communium ædificiorum rationibus: Satyricæ vero ornantur arboribus, speluncis, montibus, reliquisque agrestibus rebus, in topiarii operis speciem deformatis."

The device of painting scenes to represent natural objects, is attributed by Aristotle to Sophocles;[1] but to Æschylus by the author of his life.[2] A particular, though rather confused account of the different scenes and machinery may be seen in Pollux IV. 129. (which it is not worth while to transcribe) or in Bulenger's Treatise *de Theatris* I. 14. It appears that in their devices for effect, they were not at all inferior to the stage machinists of the present day. They had their *εἰσκύκλημα*, or rolling platform for sea gods, &c. their *μηχάνη* or descending machine, on which the deities came down, their *θεολόγειον*, or sky-platform, on which the same heavenly personages talked aloft; their *γέρανος* or *crane*, by which the actors, as occasion required, were borne into the air by means of *αἴωραι* or ropes; their *χαρώνιοι κλίμακες* or Charon's ladder, which led to hell through the trap-doors, and by which the *εἴδωλα*, or ghosts, came up. They had moreover a *βροντεῖον*, or artificial thundering machine, consisting of a vessel filled with stones, which was rolled along a sheet of copper; and their *κεραυνοσκοπεῖον*, which flashed lightning.

It appears from a passage of Aspasius, in his Commentary on Aristotle (IV. fol. 53. b. ed. Ald.) that there was much less of splendid ornament in comedy than in tragedy; the reason is, that comedy was for a long time very little thought of; *διὰ τὸ μὴ σπουδάζεσθαι ἐξ ἀρχῆς, ἔλαθεν.*[3]

I have before observed, that we have no direct testimony to inform us how many dramatic pieces were represented in the same day; it may throw some little light upon the question to observe, that it appears from Theophrastus, that the theatres were filled at least four times in the same day.[4]

---

1. *De Poetica*, §. 10.
2. *In editione Robortelli.*
3. *Aristot. Poet.* §. 11.
4. *Charact.* 27. *καὶ ἐν τοῖς θαύμασι* (*θεάμασι Schneider*) *τρία ἢ τέτταρα πλήρωματα ὑπομένειν, τὰ δ' ἄσματα ἐκμανθάνων.* A passage which has grievously perplexed the critics. See Chardon de la Rochette, *Mélanges*, T. II. p. 174.

I will conclude with the following theatrical anecdote, extracted from a fragment of M. Cornelius Fronto, recently published from a MS. in the Ambrosian Library, by Signor Angelo Maio, T. II. p. 253. "Tragicus Æsopus fertur non prius ullam suo induisse capiti personam, antequam diu ex adverso contemplaretur pro personæ vultu gestum sibi capessere ac vocem." We shall reserve for some future opportunity our remarks on other subjects connected with the history of drama.

ON THE

POPULATION OF ATHENS.

In the first volume of this Journal, p. 541. some calculations were entered into, which tended to shew that the number of inhabitants contained in Athens about the fourth century before the Christian era, did not fall short of 100,000. The following observations may perhaps go some way towards deciding this question.

Demosthenes in his speech against the law of Leptines (§. 26. p. 37. *ed. Wolf.* 1789.) has the following remarkable passage.

"It will appear, upon consideration, that this Leuco has been our constant benefactor; and that too, in those respects where the city stands most in need of assistance. For you well know, that of all places, we are the most dependent upon foreign supplies of corn. Now the corn which is imported from Pontus equals, or rather exceeds in quantity, all that comes to us from other markets—and the number of *medimni* which come from Leuco (i. e. from Pontus) amounts to 400,000, as any person may ascertain by inspecting the corn-meter's returns."

We may therefore estimate the whole annual importation of corn into Attica at 800,000 *medimni*. Of this, two thirds were, by law, to be carried into the city,[1] or 533,333⅓.

Thucydides (IV. 16.) tells us that the daily allowance to the Lacedæmonians blockaded in Sphacteria was two *chœnices* of

---

1. Aristotle *ap. Harpocrat.* v. Ἐπιμελητής.

wheat for each soldier, and one *chœnix* for each servant. Now it appears from Herodotus (VI. 51.) that the Spartan kings, when they dined at home, had no more than two *chœnices* for their allowance. The daily ration of the Athenian captives, confined in the Sicilian stone-quarries, was only two *cotylæ* of flour, i. e. half a *chœnix*. Whence, if there were no express testimony to the point, we might conclude that one *chœnix* was the usual daily allowance for one man. But we have surer grounds for this determination. Herodotus (VII. 187.) intimates, and Diogenes Laertius (VIII. 17.) expressly says, that one *chœnix* was a man's daily allowance, and a pretty good one too, being equivalent to somewhat less than two pounds. Hesychius. Χοίνικες. αἱ βαθεῖαι (παχεῖαι *Philemon Lex. Technol.*) πέδαι. καὶ αἱ ἐφ' ἡμέρας τροφαί. Hence Alexarchus, who affected a phraseology of his own, used to call a *chœnix* ἡμεροτροφὶς, as we are told in Athenæus (III. p. 98. E.). Hence also soldiers of the same mess were called ὁμοχοίνικες (Plutarch. Sympos. Prob. II. 10.)

Now a *medimnus* contained 48 *chœnices*, and consequently $7\frac{1}{2}$ *medimni* would last a man 360 days or about an Attic year, and 533,333 medimni would suffice for 71,111 people; but it is not probable that women, children and slaves, who amounted to at least two-thirds of the whole population, consumed the same daily proportion as the freemen; and we shall be justified in estimating their consumption at an average of $\frac{2}{3}$ of a *chœnix* each *per diem*. Put therefore x for the whole number of citizens, then $\frac{x}{3}$ will represent the freemen, and $\frac{2x}{3}$ the women, children and slaves, the daily consumption of corn will be $\frac{7x}{9}$ *chœnices*, and the yearly consumption, $\frac{2520}{9} \times x$, and this $= 533{,}333 \times 48$, which is the number of *chœnices* annually imported. This equation, being solved, gives for the value of x, $91{,}428\frac{18}{35}$.

This calculation is of course a very rough one, but I think that it is likely to come within 10,000 of the real number of the inhabi-

tants of Athens; and the result very nearly accords with that which had before been deduced from other considerations.

I might have taken notice that it seems probable from some passages of the Comedians, that I have considerably over-rated the average allowance of individuals in fixing it at a *chœnix per diem*, but I was not willing to deal too largely in inferences.

JOSEPHI JUSTI SCALIGERI

EPISTOLÆ QUÆDAM SELECTÆ.

EPIST. X. (Lib. I. 84.)

Isacio Casaubono.

In limine ipso Epistolæ tuæ occurrit quæstio de loco Chrysostomi in Acta, περὶ τῆς Μονάδος, quam ipse non exponit, sed ex loco Anastasii Sinaitæ a te producto licet colligere ἑξακισχιλιοστὸν ἀριθμὸν Μονάδα apud calculones dictam fuisse: quod satis mirari non possum. Τοῦ δὲ θαυμάζειν ἡ ἄγνοιά μου αἰτία. Nuspiam enim alibi legi: et absque Anastasio fuisset, quid esset illa Μονὰς apud Chrysostomum, nulla conjectura assequi potuissem. Sed de sex millium numero, satis constat, veteres Theologos putavisse mundum duraturum tot millia, quot sunt dies Hebdomadis. Quia vero τὸ ἑξαήμερον opera creationis sibi vindicat, septimus autem dies quietem, propterea aiunt confidenter, sex millia quidem annorum duraturum mundum: sed septimum millenarium alii alias interpretantur: quod longum esset referre. Et propterea in sex ætates mundum distinguunt, propter senarium numerum; et ultima tempora præter illas sex ætates ad aliud referunt. Itaque quod legimus apud Hesychium, plane ex Theologis illis est, ut alia multa apud illum eruditissimum Glossographum. Μονὰς, ἀριθμὸς, ἢ ἓξ μοῖραι τῶν ἑπτάδων.

Vides tuam hanc μονάδα esse, eamque ἓξ ἐκ τῶν ἑπτά. Nam ita potius legendum, non ἑπτάδων: nisi dicamus τῆς ἑπτάδος omnes μονάδας vocatas fuisse ἑπτάδας: quod concedi potest. Hoc unum certum est, Hesychium in animo habuisse, sex de septem millibus dici Μονάδα; cujus caussam quis reddere potest? Jam Chrysostomus Homilia VIII. in c. IIII. Epist. Ii. ad Timotheum, qui est locus quem indicasti in tuis literis, ἀτοπώτατα dixit: ὑπὸ τὸν ἑξακισχιλίων ἀριθμὸν ἅπαντα ἄγεσθαι, καὶ ἐν τούτου κανόνι πάντα μερίζειν, καὶ πολυπλασιάζειν: denique hunc numerum esse, in quo πάντα, ὥσπερ in cardine quodam στρέφεται. Quæ verba si proposueris Logistæ cuidam vel mediocriter vel exquisite docto, vix est, quin te cum tuo auctore risu excipiat. Vere dicam. Ego multum faveo Chrysostomo, propter illud flumen eloquentiæ, quod nunquam lutulentum fluit, sed semper sibi simile est. Hoc tamen non possum dissimulare, quod in eo scriptore deprehendi, quum ab illis discessit, quæ ad sacram paginam pertinent, nihil puerilius, ne dicam inscitius esse illo. Quale est hoc, quum dicit sex millium numerum omnia comprehendere et omnes partitiones recipere, quum certe multæ sint, quas non recipiat, quales septem, et novem, ut alias taceam. Jocularia sunt. Longe absurdior, ineptior, et stolidior Anastasii sententia, qui et eadem dicit, et præter ista vult eum numerum πάσης ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης σημαντικὸν esse. Ulteriusne potuit progredi, ut ludibrium deberet Logistis de trivio? Caussa tantæ imperitiæ est hallucinatio, quæ senarium numerum, cum sex millibus annorum confundit. Vetustissimi Patres, qui περὶ ἑξαημέρου scripserunt, aiunt merito in sex diebus πᾶσαν τὴν κτίσιν absolutam, quia senarius numerus est perfectus, quod ex partibus suis, quas aliquotas vocant, componatur, I. II. III. et propterea mysticum aliquid esse in sex millibus annorum, quos duraturo mundo attribuunt. Vide Augustin. de Trinit. lib. 4. eundem lib. 4. de Genesi ad literam: et alios. Ergo numerus sex est perfectus, et ex suis partibus constat: ὁ δὲ ἀντιστοιχῶν αὐτῷ ἀναγωγικῶς ἑξακισχιλιοστὸς ἀριθμὸς, nihil tale potest habere, quum ab unitate ad decem, unus sit tantum perfectus numerus VI. a X ad C numerus XXVIII. à centum ad mille, CCCCXCVI. ut est in propos. ultima Elementi IX. Quare vides et Chrysostomum, et, qui illum sequitur, Sinaitam Anastasium attribuisse sex millibus, quod senario simplici debebant, id est, τῷ ϛ′, quod competit

τῷ ς. Didicimus ergo Μονάδα esse ἑξακισχίλια, quod magis magisque admirationem auget: quæ major erit, si ad verba Chrysostomi mentem advertamus; τάχα ἂν ἑκατὸν μονάδες λιτρῶν χρυσίου συνήχθεσαν. Omnium nec Monarcharum Christianorum, etiam ne Turcarum quidem annui reditus cum illis compositi hanc summam colligere possint. Nam centies sexies mille pondo auri sunt coronatorum. Solatorum Francicorum 86400000[1]. hoc est, ut Calculones (quos γραμματιστὰς vocat Chrysostomus ipse) millionēs LXXXVI, et præterea quadringenta millia coronatorum. *Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?* Vides absurditatem: cetera mando tibi. Hoc ego tamen hodie me didicisse fateor, veteribus Calculonibus sex millia Μονάδα esse: quod ne mirer, nemo unquam a me impetrare poterit. Addebas de quibusdam in Petri Galathini disputationibus. Scito illos libros esse compendium duorum ingentium voluminum, quibus titulum *Pugionem fidei* fecit auctor Raimundus Sebon[2] Monachus Dominicanus, eximius Philosophus, sed nimis allegoriis, et anagogis indulgens, ut non solum ille *Pugio fidei* ostendit, sed et liber *De Theologia naturali*. Ii igitur libri adhuc exstant in Collegio Fuxensi Tolosano; ex quibus omnia hausit Petrus Galathinus Franciscanus, qui nomen auctoris tacuit, vel ut sibi opus vindicaret, vel quia acerrimum semper intercessit inter Dominicanam familiam et Franciscanam odium, ut ne hodie quidem τὰ ζωπύρια desint pristinæ simultatis. Multa sunt in illis disputationibus, quæ sine delectu legere periculosissimum est: non pauca etiam conficta, vel a Christianis, qui Hebraismum didicerunt, quædam quoque a Judæis, qui ad Christianos, non ex pietate, sed ex injuria gentis suæ, defecerunt. Denique ut pauci sunt, qui in Hebraismo videant, quod videre eos oportebat, ut Hebraice docti dici possent, pauciores vero qui fructum solidum ex scriptis Judæorum colligere potuerint hactenus, ita paucissimi sunt, qui eo judicio Galathini librum legere possint, quo possint aliquid in lucem promere,

1. Scaligerum recte computasse demonstravit J. F. Gronovius in Libr. IV. *de Pecunia Vetere* p. 364. Cur μονάδα pro 6000 posuerit Chrysostomus, rationem reddere conatus est Salmasius ad Histor. Aug. quoniam solidus sex millibus denariorum æreorum illius temporis censebatur.

2. Imo Raimundus Mârtini, ut docet Colomesius in clave harum Epistolarum.

quod literas sacras illustrare possit. Itaque nimii sunt in utramque homines in libris Judæorum aut rejiciendis, aut amplectendis: quod longius disquirere, ut rei dignitas postulat, non sinit modus epistolæ, quem excessisse videor[1]. Itaque de eo alias

Ex EPISTOLA (Lib. II. 104.) Ad Casaubonum.

Prologus Persii.

Nec fonte labra prolui Caballino,
Nec in bicipiti somniasse Parnasso
Memini, ut repente sic poëta prodirem.
Heliconiadasque, pallidamque Pyrenen
Illis remitto, quorum imagines lambunt
Hederæ sequaces: ipse semipaganus
Ad sacra vatum carmen affero nostrum.
Quis expedivit psittaco suum Χαῖρε,
Picasque docuit verba nostra conari?
Magister artis ingeníque largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.
Quod sí dolosi spes refulserit nummi,
Corvos poëtas, et poëtrias picas
Cantare credas Pegaseïum melos.

Οὔθ' ἱπποκρήνης λιβάδι χεῖλος ἔβρεξα,
Οὔτ' ἐν λόφοισι δικρόοισι Παρνασσοῦ
Ὄναρ ἴδον[2], ὥστ' ἀοιδὸς εὐθὺς ἐκβαίνειν.
Ἑλικωνίδων μέτ' ὠχριῶσα Πειρήνη
Κείνοις ἐάσθω, κισσὸς ὢν καθερπύζει
Εἰκόνας[3]. ἐγὼ δὲ τοῖς ἀνακτόροις Μουσῶν
Ἡμιστράτευτος τοὐμὸν ᾆσμ' ἐσήνεγκα.
Τίς, ψίττακ', ἐτράνωσέ σοι τὸ σὸν Χαῖρε;
Κίτταις βροτείου τίς λόγου καθηγεῖται;
Ἡ νοῦ χορηγὸς, καὶ διδάσκαλος τέχνης,
Ἀνέφικτα ῥήματ' εὐτυχὴς[4] κιχεῖν γαστήρ.

---

1. Similem fere sententiam de usu ex Talmudistis percipiendo tulit Ern. F. C. Rosenmüller in Præf. ad tertiam partem Scholiorum in Jesaiam p. vii.
2. Scriptum oportuit εἶδον.
3. εἰκόνας. Melius foret εἴκουε.
4. Scaligerum scripsisse opinor εὔτυκος.

Ἀλλ' εἴτι κέρδους προσδόκημα προσσαίνοι,
Κόρακας ποιητὰς, καὶ ποιητρίας κίττας
Δόξεις μέλος τι Πηγασήϊον μέλπειν.

Mane in grabatulo.

Ex EPISTOLA (Lib. II. 115.)

Isacio Casaubono.

Callisthenem illum nunquam vidi. Et quia a Pseudogorionide[5] citatur, omnino Latinum fuisse, non Græcum, quem ille vidit, necesse est; nam Græcismi imperitum eum vincunt scripta ejus. Istiusmodi *ὑποβολιμαίων* scriptorum monstra olim fuerunt, in quibus Dares Phrygius, Dictys Cretensis, qui hodie Latini exstant. Eos etiam Græci habuerunt, quorum fragmenta in Cedreno exstant. Quid dicas de Epitome Iliados Epica Latina? quam ridicule Pindarum Thebanum proscripserunt? Quid Aristeas ille, quam antiquus est, ut etiam a Josepho citetur? quod est *τῶν Ἑλληνιστῶν Ἰουδαίων παρεγχείρημα*. Quid Ecatæus de Judæis, quem ab iisdem Hellenistis antiquitus confictum fuisse, manifesto ex Origene colligitur? Quid Pseudosibyllina oracula, quæ Christiani Gentibus objiciebant, quum tamen e Christianorum officina prodiissent, in Gentium autem Bibliothecis non reperirentur? Adeo verbum Dei inefficax esse censuerunt, ut regnum Christi sine mendaciis promoveri posse diffiderent. Atque utinam illi primi mentiri cœpissent. Vale. Lugduni Batavorum. III. Kalendarum Novembris Juliani cIↃ IↃ cv.

---

5. De Pseudogorionide egit Scaliger in Libro adversus Serrarium. Pseudo-Callisthenis Historiam Rerum Alexandri in Hebræum sermonem convertit Pseudo-Gorio. Vid. Casaubon. Epist. 460. Callisthenis Sophistæ opus nec editum est, nec, ut videtur, dignum est quod edatur. "*C'est un long et ennuyeux roman, plein d' invraisemblance et d' absurdités.* La Croix *Examen Critique des Historiens d' Alexandre,* p. 163." Aristeæ librum de Lxx interpretibus suppositium esse demonstravit Hodius in Dissertatione sua, frustra renitente Isaaco Vossio, certissimo *παραδόξων* propugnatore. De Hecatæo. vid. Bentleii Ep. ad Mill. pp. 463. 530. ed. Lips.

EPIST. XI. (Lib. II. 120.)

Isacio Casaubono[1].

Quid ad te scribam, equidem nescio. Scribere tamen volui, quamvis nullo argumento. Defunctus plane sum languore, qui diu me obsessum tenuit: neque adhuc crura suum officium faciunt. Hoc heri in deambulatione pomeridiana expertus sum. Et fortasse fuerit ætatis ἐλάττωμα, quamvis defatigatio a morbo. Ut ut est, vasa colligenda mihi esse video. Est tamen, quod gaudeam, priusquam ille summus imperator signum det, non me hac custodia excessurum, quam meus Eusebius ex tortorum et carnificum manibus liber prodeat. Sola enim Prolegomena supersunt. De Lipsii nostri obitu non potest te latere. Primus ego in Batavis nuncium illum accepi. Negari non potest, in illius morte, et literis jacturam et amicis luctum summum conti-

---

1. Hanc Epistolam, ob Justi Lipsî celebritatem, dignam judicavi quæ lectoribus proponeretur. "Lipse *étoit prince parmy lez doctes de son temps, et un des triumvirs, comme ils le nommoient, de la republique des lettres: vous sçavez que* Scaliger *et* Casaubon *estoient les deux autres.*" Balzacii verba sunt. Satis notum est Lipsium ex Batavorum Academia in Pontificiorum castra transfugisse, a quibus olim desciverat, et cum veris suis amicis subdole ac perfide egisse. De obitu ejus ita scribit vir longe major meliorque, Casaubonus, in Epistola qua huic Scaligeranæ respondet. "Omnino magnam literæ jacturam in eo fecerunt; majorem tamen facturæ, si quam verbis docuit constantiam, vita exhibuisset.—Illud vero gravius, quod dum superstitiosum se *simulabat,* plane occulto Dei judicio videtur esse *factus.* Vidisti quæ scripta sunt de illius obitu? Equidem obstupui, cum legerem, in ipso agone mortis *vestem pelliceam B. Virgini dicasse,* et statim jussisse afferri Deum immortalem. Quæ hæc anilis superstitio! cum interea de Christo, qui solus et μονώτατος est Σωτὴρ, ne γρὺ quidem. Fateor tibi, magne Scaliger, terrent me hæc exempla eorum, qui veritatem semel agnitam postea oppugnatum iverunt; quod partim ipse fecerat, partim facturus sine dubio erat." Lipsius autem non vestem tantum pelliceam, sed et plumam anserinam B. Virgini dicavit, qua totum librum de Miraculis ejus exaraverat. De quo ἀναθήματι Epigramma haud inficetum scripsit Scaliger noster;

Post opus explicitum quod tot miracula narrat,
Pennam Lipsiades hanc tibi, Virgo, dicat.
Nil potuit levius penna tibi, Virgo, dicare,
Ni forte est levius quod tibi scripsit Opus.

Vid. *Menagiana* T. IV. p. 222.

gisse. Amavi hominem, ut amicum. Colui, ut bene de literis meritum. Non dubito eum sæpe levitatis pœnituisse, quod relictis Batavis, a quibus tanquam numen διοπετὲς colebatur, se ad ea loca contulisset, ubi alieno arbitrio vivendum illi fuit: quod aliqua tolerabile esset, nisi etiam illis, quibus obnoxium se fecerat, lusus pilaque fuisset. Expertus est quam sæpe homines fallat judicium suum, quum, quod ille sperabat, tantum abest ut eo potitus sit, ut minus, quam sperabat, consecutus sit. Ambitio enim, quæ maxima in eo fuit, ad institutum mutandum impulit hominem. Accedebat importunæ mulierculæ, uxoris ejus, superstitio, quæ ambitione ægrum sollicitabat animum; neque prius destitit, quam ad illas virum partes perduxerit, in quibus neque invenit, quod, ut dixi, sperabat, et hominum odium atque invidiam in se concitavit. En quo ambitio amicum illum nostrum perduxit. Neque ditior, neque meliore fama obiit, quam alibi obiisset: certe in utrisque partibus honoratior illi mors in Batavis contigisset, qui ne in illis quidem partibus apud omnes bene audivit. Vale. Lugduni Batavorum. Pridie Eidus Aprilis Juliani cIↃ IↃ cvi.

EPIST. XII. (Lib. II. 139.)

Isacio Casaubono.

Postquam ex tuis funus intellexi domesticum, quod maximum vulnus animo tuo inflixit, meæ partes eraut aliqua consolatione dolorem tuum lenire: quod quum non fecerim, noli putare aut me officium neglexisse, aut per oblivionem omisisse. Quum enim proxime, postquam literæ tuæ mihi redditæ sunt, ad te scriberem, nolui intempestivum remedium dolori tuo adhibere: tum quia recens vulnus erat, quod tangere periculosum esset; tum quia nihil ad te consolandum depromere possem, quod non tibi domi nascatur. Neque tibi tantæ eruditionis viro opus sunt ea quæ nos in simili casu melius a te peteremus, quam ut nostris tu egeas, aut ea te juvare possint. Quod reliquum est, satis officio meo me satisfecisse puto, si significarem saltem, hujus damni sensum non minus ad me pervenisse, qui nullum discrimen inter res meas et tuas pono, et quæcunque animum tuum afficiunt, mecum tibi communia esse. Novi patrum affectus, qui pater non sum. Novi etiam constantiam tuam: quæ,

quum pietatem cum maxima eruditione conjunxeris, tibi deesse non potest. Nam pietas non sinit te non velle, quæ Deus voluit. Eruditio docet ea ferenda esse æquo animo, quæ neque solis nobis accidunt, neque ut non acciderint, lacrymis nostris efficere possumus. Non exspectabis, ut hanc ægritudinem tempus tibi adimat. Hoc plebeiorum ingeniorum remedium est. Sapientis est tempus ipsum antevenire, et dolori ipsi nascenti occurrere. Jam igitur, quæ tua est sapientia, te has partes explevisse puto: quo minus et tibi molestus ero, et me labore inutili liberavero.

VI. CARTESII PRINCIPIA.

QUI primus sacros potuisti accedere fontes,
Unde aperire viam veri, atque erumpere sese
E tenebris audet ratio, tua, Magne, reperta
Aggredior, si qua ulla vocatæ gratia Musæ
Dissolvat gelidà concretum temperie cor,
Atque hebetem magno naturam accendat amore.
Principio passim spatia indigesta tenebat :
Lubrica materies, crudique trementia mundi
Semina; nec vacuum illud erat, sed plena volabant
Corpora. Tum assiduis inter se motibus acta
Liquida ramenta, et teneri cœpere vapores
Diffluere, et vastum sese Labyrinthus in æquor
Explicuit, fecitque viam, quâ præcipitantes
Confluerent atomi, et solidus coalesceret orbis.
Major abhinc rerum facies, et sanctior usus
Exoritur; voluitque animatam fœdere fixo
Ire Deus naturam, et justis volvere sese
Imperiis : ipse in medio, certissimus auctor,
Intus agit, pascitque effuso numine mundum.
Idcirco levis iste fluor circum ambit opacos,
Ætheris oceano cingens, atque irrigat orbes;
Vividus, alta tremens, æterno turbine raptus.

Qualem etiam æstivo sub sudo sæpe videre est,
Cum flammæ ardentes radii, tenuesque superne
Lympharum rores, atque auræ intactilis humor
Miscuerunt sese, et cœlo luctantur aperto;
Æstu pura quati loca cernimus, et tremere omnem
Aëra per campum, rapidâque liquescere luce.
Sol autem maris immensi spatia aurea circum
Vorticibus trahit, et rutilo rotat axe planetas.
Illæ indefessæ peragunt per inania cursus
Quæque suos. Una erranti symphonia cœlo
Scilicet, et rerum consentit mobilis ordo.
Arduus ante omnes agitur Cyllenius Hermes;
Credibile est illum tenebris et nocte carentem
Æterno radiare die, tam fervida torret
Temperies, rapidique urget vicinia Solis.
Gratas quippe vices aliis, requiemque calorum
Alternam Natura dedit, jussitque vagari
(Floridus unde foret vigor, et sincera facultas)
Nubila per cœlum, et gelidos erumpere fontes,
Diffuditque cavis liquidum in convallibus æquor.
Proxima deinde tenet magni spatia ampla sereni
Dia Venus, tibi, Terra, soror, tibi prima diei
Nuncia, cum teneram jaculatur roscida lucem
Mane novo, noctisque hyemalia claustra resolvit.
Æstivis eadem illa comes surgentia ducit
Sidera temporibus—
Nec tu, Terra, tui mediâ in testudine mundi
Figeris, astrorumque sedes regina, sed una
Rapta volas, usque assiduâ vortigine tranans
Ætherios apices, liquidique volumina cœli;
Sicut odoratam cum Pinaron, aut Calycadni
Prætervecta sinus, aut ostia divitis Indi
Labitur indulgens Zephyro ratis; omne cubanti
Sternitur æquor aquâ; læves illa usque per undas
It tacita, et specie labentia littora linquit.
Ulteriora autem lævâ torrentia luce
Martis, et ignito crudescunt concava vultu.
Deinde Jovem circum fulgenti quatuor ardent
Astra satellitio: gelidos Saturnus oberrat
Extremus fines, et tardo lumine lustrat.

Quos ultra innumeri Soles, et candida currunt
Sidera, sive ea sunt magni flammantia mundi
Mœnia, seu vastum diffusa per infinitum
Ultra animorum aciem, et nostræ confinia mentis.
Ergo umbras sequimur tenues, et inania rerum
Somnia: nec mœstæ flerunt Phaethonta sorores,
Stillantes vitreum foliis lacrymantibus imbrem,
Curribus excussum patriis; nec conscia Latmi
Luna videt nemora; aut stellatæ Atlantides ardent
Virgineis habitatæ animis:—apparet in alto
Pura quies cœlo, liquidisque innantia mundi
Sidera vorticibus, et late lucidus æther.
Felix, qui placidum sophiæ libaverit amnem!
Cui secura suos aperit sapientia fontes!
Pluribus illa quidem: sed enim circumstat acerba
Dirarum facies, prohibetque attingere ripam;
Anxietas, vacuoque ferox Insania risu,
Et quæcunque fatigato comes addita cordi
Hæret inexpletum, atque animo febricitat ægro.
Quid tibi tantopere est, mortalis, multa querentem
Ducere, sollicitamque gravi formidine vitam?
Quid cæcum studio vivendi deterere ævom?
Nequicquam: quoniam brevia atque incerta labascunt
Tempora, et infectâ jamjam ad caput adstitit horâ
Mors, operumque quies, et respiratio curæ.
Nos autem lucis non intellecta cupido
Alligat, atque animum dulcedine frangit amarâ.

R. S. *Coll. Regal. et Univ. Schol.*

In Comitiis Prioribus, Feb. 1790.

VII. PLATONIS PRINCIPIA.

Πολλοὶ δέ εἰσι καὶ θαυμαστοὶ τῆς γῆς τόποι.

Plat. Phæd.

Eheu! quam gratum est vitaï in limine primo
Ludere luce nova, atque animæ indulgere virenti,
Sæva prius quam cura agitatâ mente quietem
Exturbaverit, aut tenebras offuderit angor!
Atque utinam his equidem furiis nos carminis ulla
Eriperet medicina: ita turbidus insiliit cor
Irarum chorus, atque agitat sub pectore torquens,
Anxius, irrequietus: et insedit super ingens
Vitaï desiderium—Miser! usque adeone,
Captus amore mali, potes indormire querelis,
Exsolvique dolenter, et ingemere, inque morari?
Ac non ipse tibi quæris, quibus artibu' possis
Castigare fatigatum formidine pectus,
Et quanam ratione queat composta magis mens
Expectare quietem ærumnarum atque laborum?
At vero dulce est, credo, per aperta serena
Securos errare, et lucida lumina solis
Aspicere, atque haurire recenteis ætheris auras.
Mancupium! quasi demum in vitâ non sit agendum,
Tute tui ut potiare, et ad omnem sis habilis rem.
Ergo magna tibi mundi natura tuenda est;
Qua porrecta superficies pulcherruma terræ,
Riphæas arces extra, atque Atlanta nivalem
Panditur, objicibusque imposta patentibus alte
Vera viget facies rerum, et sincera venustas.
Sanctæ illic habitant naturæ, et morte carentes
Dæmones, Heroesque, et Divôm æterna propago;
Purpureumque solum super, et radiantia lætâ
Luce pavimenta, aspiciunt quam fulgida claro
Astra polo circumvolvi; rapidumque coruscos
Flectere equos Solem magni super æquora mundi.
At liquidum cœli laquear circum ambit, et inter-
-funditur aurea lux, et lacteus irrigat æther;
Pura dies, placidusque sereno sidere vesper.

Ac veluti melicæ voces simul auribu' sese
Insinuant, animique resignant mollia claustra,
Composuere metus omneis, faciuntque dolorum
Obliviscier, et dulci languescere letho ;
Haud secus est illorum oculis natura, ubi puros
Ebiberint radiorum apices, et picta colorum
Lumina, quippe intus tremula dulcedine tactos
Sollicitat sensus fluidus calor, inque plicata
Retia nervorum permanat viva voluptas.
Quin cursu maria auraï circumflua cingunt
Assiduo, non illa furentibus horrida ventis,
Sed levibus Zephyris tremefacta, et flamine puro
Subtiles animas, et mollia frigora fundunt
Nubibus intemerata vagis atque imbribus atris.
Quorum utique in fundo, cæcum genus, usque remota
Æquora, littoribus resonantia Geryonaï,
Porrigimus lata imperia, et dominamur ad altam
Caucason, et freta Caspiaco stridentia Cauro;
Immemores esse e membris migrandum in opacas
Functarum sedes animarum, interque meandum
Lurida littora, quæ ancipiti pallentia luce
Prænatat atra palus Acheron—
Quippe sub immensis Terræ penetralibus altæ
Hiscunt in vastum tenebræ : magnarum ibi princeps
Labitur undarum Oceanus—quo patre liquoris
Omnigeni latices, et mollis lentor aquaï
Profluxere, nova mantes æstate superne
Aërii rores nebularum, et liquidus imber.
Fama est, perpetuos illinc se erumpere fontes,
Florigerum Ladona, et lubrica vitra Selemni,
Crathidaque, imbriferamque Lycæis vallibus Hagno,
Et gelidam Panopin, et Pirenen lacrymosam :
Illinc et rapidos amnes fluere, et mare magnum.
Fervidus hinc contra Phlegethon torrente corusco
Circum agitur, vastæ permanans regna ruinæ
Pallida, senta situ, pendentibus aspera saxis.
Haud aliunde levis per laxa foramina terræ
Permanat calor, et fissis penetrabile venis
Insinuat sese flammæ subtilis acumen.
Inde quati montes, elementaque belligerare

Carceribus inclusa suis, inde ardua cerni
Prodigia, et trepidis olim miracula nautis
Fumantes Hieræ scopuli, Liparæaque rupes
Sulphuream expirans pallenti vertice lucem.
Tertia mærentes tristi torpedine fluctus
Styx agit, et glaucas intersecat horrida ripas
Flebilibus lacrymarum undis, atque amne severo.
At medio misti in spatio vacuum omne tumultu
Complent, atque intus penetralibus interruptis
Vehementi ventorum ictu, sursum atque deorsum
Exagitata furit fracti discordia mundi.
Quo simul ac flentes, vitaï vere relicto,
Devenere animæ, sceleris quod quoique luendum
Longa dies exurit, et illætabile tempus.
Jam vero miserum est lacerari ululantibu' ventis
Et circumferri valida vertigine raptum;
Frigoribus stringi æternis, aut igne liquari
Assiduo—quoniam tenera est natura animaï,
Nec compôsta velut corpus carne, ossibu', nervis;
Quam tamen ista pati fatum est, terrestria donec
Exuerit tolerando, aut exoraverit ultro
Insontes umbras, quæcunque Acherusia claustra
Obscurosque lacus tenui stridore frequentant.
Hic quos funus acerbum, et raptæ injuria lucis
Detulit ante diem in tenebras, dum florida vita
Ver ageret, flueretque tepenti sanguine vena,
Circum errant mœsti, algentes; lacer Amphiaraus,
Hectorei manes, et Belidæ Palamedis
Luce carens caput, et Meleagri tristis imago.
Illum Œneus genitor supremo rore lavabat
Liquido in Eveno, juxta resonantia saxis
Fluviorum spatia, et mollis læta arva Metapæ;
At Parthaoniæ Calydonides, inter opacam
Olenon, et viridem Pleurona sonantibus umbris,
Errabant, nec jam dulces ingressæ Hymenæos,
Prima puellarum—fraternaque funera circum
Languentem abjecere gravi mœrore juventam.
Sancte senex! quem naturæ species, animique
Impulit ignea vis, portas ut frangere possis
Finibus impositas rerum, mundique capaces,

Pande mihi horrentem viridi caligine sylvarum
Ilissum, atque Academiæ sublustria claustra,
Cujus ego in lucis, magno perculsus amore,
Mente vager: juvat alta effingere somnia rerum,
Et veris majora sequi, currusque Deorum
Scandere pennigeros, dum primum Helicona serenum
Advehor, et sacri libamina palleo fontis:
Derivata tuo quoniam de corde sagaci
Dulcis et alta quies animi, pectusque periclis
Purgatum humanis, et fortunâ altius omni.

R. S. *Coll. Regal. et Univ. Schol.*

In Comitiis Posterioribus, 1791.

VIII. NEWTONI SYSTEMA MUNDANUM.

Quis mihi vasta procul mundi convexa resolvens,
Eripiat terrarum umbris, ultraque reponat,
Æthere in altisono, juxta Jovis aurea templa,
Aurea templa super rapidâ radiantia luce;
Qua Divôm fragor ille tonanti lapsus Olympo
Volvitur, atque cavi plangit plaga percita cœli?
Aut mediâ ubi nocte quietæ lampades ardent
Astrorum, et Lunæ gelidum manat jubar, unde
Despiciam superincumbens mortalia secla
Et lacrymas, humilesque metus, curasque jacentes?
Nam neque me tenues augusti carminis ausus
Sidereos orbes inter, rerumque laborem
Ire jubent, tua, Sancte parens, inventa secutum,
Et bibere ingenuos miranti pectore fontes;
Quamvis nulla prius vatum vestigia, casto
Fixa solo, virides tulerint ad limina laurus;
Largifluo quoniam Musaï capta lepore
Mens secura monet, festinaque defluere ævi
Prima quies, teneræque brevis lascivia vitæ.
Principio Terræ, atque Ignis Deus, Oceanique
Semina dis revit: vacuum atque informe silebat

Ante Chaos, jacuitque soporo pondere bruta
Materies, late quam circumsedit opaca
Majestas tenebrarum, atque alti vesperis horror.
Tum vero, simul atque novi primordia pulsûs
Cepit iners, habitura modum quemcunque aliunde
Exterus intulerat rerum tenor, ibat in altum
Impetis æterni patiens, neque ibi mora tardat
Terrena, aurarumve hebetat vapor, infinitum
Porrigitur, vacuusque patet sine limite mundus.
Naturæ sed enim tractus amor ille per omnes
Rara rudimenta, et teneros infunditur ortus,
Agglomerare sibi constrictum corpore corpus,
Miscerique et abire in idem; ni irrupta resistat
Durities, solidusque minuto in pulvere finis.
Inde tenax tamen Orbis, et inde elementa cohærent
Quæque locis, rigidi montes, robustaque saxa
Continuant sese, et longi jacet area campi:
Tenuis item tremuli sinus aëris, atque animarum
Fusilis erigitur sublimi limite candor;
Inde serenanti pelago, sub luce quieta
Lubrica panditur unda super fluitantibus undis;
Inde etiam rapidi vacuum per inane planetæ
Certum iter ingeminant versi, tuque, ardua Tellus,
Laberis, et vinclo media interflecteris aureo:
Cærula nec vero flammaï concava supra
Per vastum volgata trementia sidera claudunt,
Nec maris ætherii liquido lavat agmine vortex.
Quippe ea, quæ levibus fuerat prius addita rerum
Insinuataque particulis, ignava facultas
Pergere quo semel impulsu cœpere moveri,
Obstinat, una super desideria, unus ab alto
Tardat amor paris, et coëundi blanda cupido.
Sol itaque assiduâ æstatem vortigine volvit,
Fervida per medium radiant ubi sidera mundum,
Candidus, et campos irrorat luce patentes.
Sex autem circum astra profundi fulgida cœli
Corripiunt spatia; Ille gravi contraria deorsum
Imporio vocat, ut quantum indignantia vinci
Rectum iter integrent, tantum subtilia tardent
Vincula; ita oppositæ dubio libramine vires

Inter utramque viam lævi declivia flexu
Sollicitant tenus, et facili sinuamine fallunt.
Tùm vero, quo cuique magis curvatus eundo
Vertitur interior devexo tramite gyrus,
Et præceps rota vergit, eo magis impetis auctu
Præteriit, vacuumque fuga eluctatur in æquor.
Lentus ibi ascensu labor, et cunctantior actus
Objicitur, donec jam largior orbita vastum
Rettulerit errorem, et rerum causa recurrens
Inclinata suo spatia instauraverit arcu.
Perpetuos igitur genitrix Natura reflexus
Viva novat, liquidumque jubar de fonte perenni
Ebibit, unde dies et mollis in æthere fervor;
Unde colorum habiles tacito discrimine lapsus,
Et septemgemino rumpuntur suavia tortu
Lumina, prout radii tenuis textura cadendo
Frangitur, aut mediâ fluor interrumpitur umbra.
Ultimus Ille coronati vaga cingula cœli
Ostendit, tardusque immensa volumina versat
Nocte super gelidâ, cui quondam Arnonis Eoï
Propter inumbratum laceris sub rupibus amnem,
Sulphureos ignes circum horribili ululatu
Lurida pallentes duxerunt orgia Mystæ.
Acre dehinc jubar, et magni via vertitur axis:
Illum adeo in terris veteri formidine regem
Extulerant, aris Divôm sacrisque repertis,
Pensilis ære cavo clangor, responsaque vatum
Thessalica, et tristi querceta sonantia vento.
Infra autem, cursusque premens confinia nostri,
Ismarium rapido aperitur vertice numen.
At Venus, ante alios cœli sublimior ignes,
Vidit odoratum Libani nemus, et freta cantu
Longa queri; luctus Tyriarum et mollia matrum
Munera, rorantesque rosas, mœstamque anemonem
Spargere purpureo violatum volnere fontem.
Dein propiore rotâ rutilantia limina radit
Cyllene in gelidâ dictus sacer.—
Interea spatia ipsa perenni percita pulsu
Visa simul fluere, et cœli positura malignam
Serpere tarda viam, quamvis intactilis, una,

Continuata, capax rerum, regione profundâ:
Usque adeo sub Sole reflexis orbibus annus
Serior erigitur rediens, apicesque volutos,
Et prolapsa sui sequitur fastigia cursus.
Namque ubi se obliquo scindunt effusa meatu
Æquora, et alterni gravior vicinia motus
Allicit, astra suos usque acclinantia flexus
Aut prolixa volant, aut delibrata feruntur
In latus—Inde pati senium vaga fabrica mundi,
Inque dies ire in casus, atque impete fati
Assiduo labefactari primordia rerum.
Scilicet et tempus veniat, quo maxima moles
Funditus interrupta ruat, gelidique dehiscant
Horrendùm inter se confuso fœdere fines.
Tu quoque, tu in medio pallere videberis orbe,
Sol, opifex flammarum, et acutæ lucis origo,
Attonitisque procul quatere ægra crepuscula terris.
Est igitur Deus—ille Anima intellecta per Omne
Implet agens magni mortalia mœnia mundi.
Ille super fontes tenebrarum, immania regna,
Quo neque fervida mens hominum pervenit, et alte
Infinita quies vitâ vacat, incubat æternum,
Extremamque tegit puro sub numine noctem.

R. S. *Coll. Regal. et Univ. Schol.*

In Comitiis Prioribus, 1792.

ON THE

LANGUAGE OF THE PELASGI.

HERODOTUS and Thucydides describe the Pelasgi as having used a language which they term γλῶσσα βάρβαρος i. e. a dialect *essentially different* from that which was used by the Hellenic tribes. It has been observed, that "to enumerate the barbarisms (i. e. the admixture of *foreign* words and phrases) of the Laconic dialect, would be to transcribe whole pages of Hesychius; and whoever considers the specimens of it in the Lysistrata of Aristophanes, must recognise the traces of the γλῶσσα βάρβαρος (the *foreign* dialect) which Herodotus and Thucydides ascribe to the Pelasgi." This is saying in other words, that in the *Greek* of the Laconians there were many traces of the *Pelasgic* of their ancestors; or that the Laconic dialect was a mixture of the γλῶσσα Ἑλληνικὴ with the γλῶσσα βάρβαρος.

It is therefore entirely without foundation, that an able and acute writer has objected to the above hypothesis, that it supposes the γλῶσσα βάρβαρος to mean "barbarous Greek;" whereas in point of fact it most clearly distinguishes between them, when it asserts that the *traces* of the γλῶσσα βάρβαρος are visible in one of the impurer dialects of the γλῶσσα Ἑλληνικὴ; as if we were to say, that whoever is acquainted with the particular dialect of English spoken in Suffolk and Norfolk, must recognise the traces of the Saxon tongue; an assertion which surely does not go to imply that *Saxon* means *bad English.*

The writer above alluded to observes, that "this is the first time that any man, who calls himself a scholar, would construe γλῶσσα βάρβαρος by *barbarous Greek.*" Now the opinion before stated conveys no such implication; but, even if it did, is there no defence to be set up for it? let us see. Homer calls the Carians βαρβαρόφωνοι, (Iliad. B. 872.) which Strabo (XIV. p. 663.) explains thus: Οὕτως οὖν καὶ τὸ βαρβαροφωνεῖν καὶ τοὺς βαρβαροφώνους δεκτέον, ΤΟΥΣ ΚΑΚΩΣ ΕΛΛΗΝΙΖΟΝΤΑΣ. When Agamemnon (Sophocl. Ajac. 1251.) reproaches Teucer in these words, τὴν βάρβαρον γὰρ γλῶσσαν

3. Athen. XI. p. 499. A. Στησίχορος δὲ παρὰ Φόλῳ τῷ Κενταύρῳ ποτήριον σκύφειον δέπας καλεῖ, ἐν ἰσῷ τῷ σκυφοειδές· λέγει δὲ ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους. Σκύπφειον. κ. τ. λ. Ex his duobus versiculis alterum esse Heptametrum catalecticum observat Burneius l. c. Sed syllabam potius suppleverim, Heynius ad Apollodor. p. 147. legit Φόλος φὴρ ἐγκεράσας. Melius erit Φόλος κεράσας φήρ. Alia loca quæ ad Geryoneïda spectant hæc sunt:

4. Pausan. VIII. 3. Παλλαντίου μὲν δὴ καὶ Στησίχορος ὁ Ἰμεραῖος ἐν Γηρυόνῃ Διὶ ἐποιήσατο· μνήμην. Suchfortius reponit ἐν Γηρυονίδι; sed jam pridem Heringa in Obs. Crit. II. p. 20. correxerat ἐν Γηρυονηΐδι, et diu antea ediderat Ursinus Γηρυονίδι.

5. Schol. Hesiod. Theog. p. 256. ἔστιν ὁ Γηρυόνης Καλλιῤῥόης τῆς Ὠκεανοῦ καὶ Χρυσάορος· Στησίχορος δὲ ἓξ χεῖρας ἔχειν φησὶ, καὶ ἓξ πόδας, καὶ ὑπόπτερον εἶναι.

6. Athen. XII. p. 513. F. de Hercule. τοῦτον οὖν οἱ νέοι ποιηταὶ κατασκευάζουσιν ἐν λῃστοῦ σχήματι μόνον περιπορευόμενον, ξύλον ἔχοντα καὶ λεοντῆν καὶ τόξα· καὶ ταῦτα πλάσαι πρῶτον Στησίχορον τὸν Ἰμεραῖον. καὶ Ξάνθος δ' ὁ μελοποιὸς, πρεσβύτερος ὢν Στησιχόρου, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Στησίχορος μαρτυρεῖ, ὥς φησιν ὁ Μεγακλείδης, οὐ ταύτην αὐτῷ περιτίθησι τὴν στολὴν, ἀλλὰ τὴν Ὁμηρικήν. πολλὰ δὲ τῶν Ξάνθου παραπεποίηκεν ὁ Στησίχορος, ὥσπερ καὶ τὴν Ὀρεστείαν καλουμένην.

7. Schol. Apollon. Rhod. I. 211. Στεσίχορος δὲ ἐν τῇ Γηρυονηΐδι, καὶ νῆσόν τινα ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει Σαρπηδονίαν φησί. Editur Γυριονίδι. Sed Γηρυονίδι Ursinus p. 88.

8. Pausan. IX. 11. de Herculis liberis, Θηβαῖοι—οὐδέν τι ὁμοίως τὰ ἐς τὸν θάνατον λέγοντες, ἢ Στησίχορος ὁ Ἰμεραῖος καὶ Πανύασις ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησαν.

9. Etymol. M. p. 100, 46. Ἀνασφῆλαι. ἀναῤῥωσθῆναι. σφῆλον γὰρ τὸ ἰσχυρόν. Στησίχορος ἐρίσφηλον ἔφη τὸν Ἡρακλέα.

IV.

ΕΛΕΝΗ.

1.

Οὕνεκα Τυνδάρεως
ῥέζων πᾶσι θεοῖσι, μιᾶς Κυπρίδος λάθετ' ἠπιοδώρου·
κείνα Τυνδάρεω κούραισι χολωσαμένα δι γα-
μους τριγάμους τε τίθησι,
καὶ λιπεσήνορας.

IV. 1. Schol. Eurip. Orest. 249. ubi ἅπασι θεοῖς μιᾶς λάθετο ἡ. Κ. κείνα δὲ Τ. κούραις χ. διγάμους καὶ τρ. τίθησι. Stesichori primum de Helena carmen diversis nominibus citatur. Suidas in v. Στησίχοροι—φασὶ δὲ αὐτὸν γράψαντα ψόγον Ἑλένης τυφλωθῆναι· πάλιν δὲ γράψαντα Ἑλένης ἐγκώμιον ἐξ ὀνείρου τὴν παλινῳδίαν, ἀναβλέψαι. Conon Narr. 18. de Autoleonte quodam, κακεῖθεν ἐξιόντα ἀπαγγέλλειν αὐτὸν Στησιχόρῳ Ἑλένην κελεύειν τὴν εἰς αὐτὴν ᾄδειν, εἰ φιλεῖ τὰς ὄψεις, παλινῳδίαν. Στησίχορος δ' αὐτίκα ὕμνους Ἑλένης συντάττει, καὶ τὴν ὄψιν ἀνακομίζεται. Contra Ptolem. Hephæst. IV. Ἀρχέλαος ὁ Κύπριος Στησιχόρου φησὶ τοῦ ποιητοῦ Ἑλένην Ἱμεραίαν ἐρωμένην γενέσθαι Μικύθου θυγατέρα· ἀποστᾶσαν δὲ Στησιχόρου, καὶ πρὸς Βούπαλον πορευθεῖσαν, ἀμυνόμενον τῆς ὑπεροψίας τὸν ποιητὴν γράψαι, Ἑλένη ἐκοῦσ' ἀπῆρε. Platonis, mox citandi, verba sunt, διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν. Isocrates Helen. Encom. p. 218. D. quædam tradit notatu dignissima; ἐπεδείξατο δὲ καὶ Στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ τὴν αὐτῆς δύναμιν. ὅτε μὲν γὰρ ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς ἐβλασφήμησέ τι περὶ αὐτῆς, ἀνέστη τῶν ὀφθαλμῶν ἀπεστερημένος. ἐπειδὴ δὲ, γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς, τὴν καλουμένην παλινῳδίαν ἐποίησε, πάλιν αὐτὸν εἰς τὴν αὐτὴν φύσιν κατέστησε. Unde colligi potest palinodiam ejusdem carminis ac vituperium partem fuisse; et nescio an utrumque ad Ἰλίου πέρσιν pertinuerit. Verisimile est, ut mihi quidem videtur, Stesichorum circa initium carminis sui Helenam infamasse; mox, quasi derepente divino quodam œstro percitum, in palinodiam erupisse, et nonnihil de cœcitate ab Helena subito immissa injecisse; quod poetæ figmentum simpliciter ac bona fide dictum fuisse recentiores credidere. Dio quidem Chrysostomus

memorat τὴν ὕστερον ὠδήν. De hoc videant eruditi. Ἑλένης Ἐπιθαλάμιον citat Schol. Theocriti XVIII. ἐπιγράφεται τὸ παρὸν εἰδύλλιον, Ἑλένης Ἐπιθαλάμιος. καὶ ἐν αὐτῷ τινὰ εἴληπται ἐκ τοῦ πρώτου Στησιχόρου Ἑλένης ἐπιθαλαμίου. Hi Epithalamii an ad ψόγον καὶ παλινῳδίαν referri debeant definiri non potest. Ceterum de hac historia conferri possint auctores ab Ursino allegati, Lucian. T. II. p. 113. Pausan. III. 19. Philostr. VI. p. 246. Aristid. Panath. Schol. Horat. Carm. I. 16. 28.

2.

Πολλὰ κυδώνια μᾶλα ποτερρίπτουν ποτὶ δίφρον ἄνακτι,
πολλὰ δὲ μύρρινα φύλλα
καὶ ῥοδίνους στεφάνους,
ἴων τε κορωνίδας οὔλας.

2. Athen. III. p. 81. D. οὕτως κυδωνίων δὲ μήλων μνημονεύει. Στησίχορος ἐν Ἑλένῃ· πολλὰ μὲν κύδωνια μᾶλα κ. τ. λ. Pro ποτερρίπτουν forte scribendum τότ' ἐρρίπτουν.

3.

λιθαργύρεος ποδονιπτήρ.

3. Athen. X. p. 451. D. καὶ Στησίχορος ἐν Ἑλένῃ· λιθαργύρεον ποδανιπτῆρα ἔφη.

4.

Ἑλένη—ἑκοῦσ' ἀπῆρε.

4. Ptolem. Hephæst. IV. supra citatus. Alia loca quæ ad Helenam referuntur hæc sunt.

5. Schol. ad Iliad. B. 339. narrato fœdere ab Helenæ procis inito, subjungit, ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Στησιχόρῳ.

6. Schol. Eurip. Orest. 1287. ἆρα εἰς τὸ τῆς Ἑλένης κάλλος βλέψαντες οὐκ ἐχρήσαντο τοῖς ξίφεσιν; οἷόν τι καὶ Στησίχορος ὑπογράφει περὶ τῶν καταλεύειν αὐτὴν μελλόντων. φησὶ γὰρ, ἅμα τῷ τὴν ὄψιν αὐτῆς ἰδεῖν αὐτοὺς, ἀφεῖναι τοὺς λίθους ἐπὶ τὴν γῆν. Sed hoc forsan ad Ἰλίου πέρσιν pertineat.

V.

ΠΑΛΙΝΩΙΔΙΑ.

1.

Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος·
οὐ γὰρ ἔβας ἐν
νηυσὶν ἐϋσσέλμοις, οὐδ' ἵκεο πέργαμα Τροίας.

V. 1. Plato Phædr. T. III. p. 243. B. ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ἤσθετο, Στησίχορος δέ· τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ Ὅμηρος, ἀλλ' ἅτε μουσικὸς ὢν, ἔγνω τὴν αἰτίαν· καὶ ποιεῖ εὐθύς, Οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος· οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν ἐϋσελμοις, οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας. Reposui formam Homericam ἐϋσσέλμοις. Max. Tyr. XXVII. p. 320. Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος, λέγει περὶ τῶν αὐτοῦ ᾀσμάτων ὁ Ἱμεραῖος ποιητὴς, ἐξομνύμενος τὴν ἔμπροσθεν ᾠδὴν ἐν ᾗ περὶ τῆς Ἑλένης εἰπεῖν φησὶν οὐκ ἀληθεῖς λόγους. Cf. Dion. Chrysost. XI. p. 162. Athen. XI. p. 505. B.

2.

Τρῶες † οἳ τότ' ἴσαν, Ἑλένης εἴδωλον ἔχοντες.

2. Tzetz. ad Lycophr. 113. λέγουσι γὰρ ὅτι διερχομένῳ Ἀλεξάνδρῳ δι' Αἰγύπτου, ὡς Πρωτεὺς, Ἑλένην ἀφελόμενος, εἴδωλον Ἑλένης αὐτῷ δέδωκεν, ὥς φησι Στησίχορος· Τρῶες οἳ τότ' ἔσαν κ. τ. λ. Ursinus edidit ἴσσαν. Stesichorum igitur secutus est Euripides in Helena, nisi quod Heleuæ simulacrum a Junone confictum tradit. Vid. v. 31. et Barnesii notata. Plato Rep. IX. T. II. p. 586. C. καὶ περιμαχήτους εἶναι, ὥσπερ τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ὑπὸ τῶν ἐν Τροίᾳ Στησίχορός φησι γενέσθαι περιμάχητον, ἀγνοίᾳ τοῦ ἀληθοῦς.

VI.

ΈΛΕΝΗΣ ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΙ.

VI. Schol. Theocr. XVIII. supra citatus in notis ad IV. 1.

VII.

ΕΡΙΦΥΛΗ.

VII. Sext. Empir. adv. Mathem. I. 12. p. 271. de Æscu-

lapio; Στησίχορος μὲν ἐν Ἐριφύλῃ εἰπὼν, ὅτι τινὰς τῶν ἐν Θήβαις πεσόντων ἀνιστᾷ. Apollodorus III. 10. 3. ab Heynio emendatus, εὗρον δέ τινας λεγομένους ἀναστῆναι ὑπ' αὐτοῦ. Καπανέα μὲν καὶ Λυκοῦργον, ὡς Στησίχορός φησιν ἐν Ἐριφύλῃ. Schol. Pindar. Pyth. III. 96. idem tradit; itemque Schol. Eurip. Alcest. 1.

VIII.

ΕΥΡΩΠΕΙΑ.

VIII. Schol. Eurip. Phœniss. 674. ὁ μὲν Στησίχορος ἐν Εὐρωπείᾳ τὴν Ἀθήναν ἐσπαρκέναι τοὺς ὀδόντας φησίν. Verum in titulo aliquid mendi subesse puto.

IX.

ΙΛΙΟΥ ΠΕΡΣΙΣ.

1.

Καθελών.

IX. 1. Harpocrat. Καθελών—ἀντὶ τοῦ ἀνελών, ἢ ἀποκτείνας. ἐχρήσαντο δὲ οὕτω τῷ ὀνόματι καὶ ἄλλοι· ὡς καὶ Στησίχορος ἐν Ἰλίου Πέρσει, καὶ Σοφοκλῆς ἐν Εὐμήλῳ. ubi vid. Maussacum. Harpocrationa exscripsit Photius.

2.

—ὤκτειρε γὰρ αὐτὸν
Αἰὲν ὕδωρ φορέοντα Διὸς κούρα βασιλεῦσιν.

2. Athen. X. p. 457. καὶ ἀναγεγράφθαι ἐν τῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροῦ τὸν Τρωϊκὸν μῦθον, ἐν ᾧ ὁ Ἐπειὸς ὑδροφορεῖ τοῖς Ἀτρείδαις, ὡς καὶ Στησίχορός φησιν· Ὤικτειρε γὰρ αὐτὸν ὕδωρ ἀεὶ φορέοντα Δ. κ. β. Eustath. ad Iliad. Ψ. p. 1323, 57. scribit Διὸς κούροις. Manifestum est hoc fragmentum ad Ἰλίου Πέρσιν pertinere, quum de Epeo agat, qui fabricator equi fuit. Suchfortius tamen ad Helenam retulit. Ne quis autem hinc concludat hoc carmen versibus heroicis conscriptum fuisse. Dio Chrysost. LV. p. 559. οὕτως μὲν οὐδὲ Ἀρχίλοχον εἴποις ἂν Ὁμήρου ζηλωτὴν ὅτι μὴ τῷ αὐτῷ μέτρῳ κέχρηται εἰς ὅλην τὴν ποίησιν, ἀλλ' ἑτέροις τὸ πλέον· οὐδὲ Στησίχορον, ὅτι ἐκεῖνος μὲν ἔπη ἐποίει, Στησίχορος δὲ μελοποιὸς ἦν. ναί. τοῦτό γε ἅπαντές φασιν οἱ Ἕλληνες Στησίχορον Ὁμήρου

ζηλωτὴν γενέσθαι, καὶ σφόδρα ἐοικέναι κατὰ τὴν ποίησιν. Quintilianus Inst. Or. X. 1. 62. Stesichorum laudat Epici carminis onera lyra sustinentem. ᾠδὴ vocatur hoc carmen a Pausania X. 26. ὕμνον Conon Narr. 18. Cetera loca ubi mentio ejus facta est, hæc sunt:

1. Pausan. X. 26. Κλυμένην μὲν οὖν Στησίχορος ἐν Ἰλίου πέρσιδι κατηρίθμηκεν ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις. Vid. Heynii Excurs. I. ad Æn. II. quem si conferas cum Facii notatis ad Pausaniæ locum, miraberis hujus incuriam.

2. Id. X. 27. εἰς δὲ Ἑκάβην Στησίχορος ἐν Ἰλίου πέρσιδι ἐποίησεν, ἐς Λυκίαν ὑπὸ Ἀπόλλωνος αὐτὴν κομισθῆναι.

3. Athen. XIII. p. 610. C. καὶ ἐὰν μέν τις σου πύθηται τίνες ἦσαν οἱ εἰς τὸν δούρειον ἵππον ἐγκατακλεισθέντες, ἑνὸς καὶ δευτέρου ἴσως ἐρεῖς ὄνομα. καὶ οὐδὲ ταῦτ' ἐκ τῶν Στησιχόρου (σχολῇ γὰρ) ἀλλ' ἐκ τῆς Σακάδου Ἀργείου Ἰλίου περσίδος. Eustath. ad Od. Λ. p. 1698, 1. de equo isto, φασὶ δὲ τοὺς εἰς αὐτὸν καταβάντας τινὲς μέν, ὧν καὶ Στησίχορος, ἑκατὸν εἶναι.

4. Pausan. X. 26. Μέδουσα δὲ κατέχουσα ταῖς χέρσιν ἀμφοτέραις τὸν ὑποστάτην ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κάθηται· ἐν δὲ ταῖς Πριάμου θυγατράσιν ἀριθμήσαιτ' ἂν τις καὶ ταυτὴν κατὰ τοῦ Ἰμεραίου τὴν ᾠδήν.

5. Tzetzes Posthomericis Stesichorum refert inter rerum Iliacarum scriptores.

6. Tabula Iliaca a Fabretto edita p. 342. inter auctores rerum Iliacarum laudat Stesichorum.

X.

ΚΑΛΥΚΗ.

X. Athen. XIV. p. 619. D. Ἀριστόξενος δὲ ἐν τετάρτῳ περὶ Μουσικῆς, ᾖδον, φησὶν, αἱ ἀρχαῖαι γυναῖκες Καλύκην τινὰ ᾠδήν. Στησιχόρου δ' ἦν ποίημα, ἐν ᾧ Καλύκη τις ὄνομα, ἐρῶσα Εὐάθλου νεανίσκου, σωφρόνως εὔχεται τῇ Ἀφροδίτῃ γαμηθῆναι αὐτῷ. ἐπεὶ δὲ ὑπερεῖδεν ὁ νεάνισκος, κατεκρήμνισεν ἑαυτήν. ἐγένετο δὲ τὸ πάθος περὶ Λευκάδα. σωφρονικὸν δὲ πάνυ κατεσκεύασεν ὁ ποιητὴς τὸ τῆς παρθένου ἦθος, οὐκ ἐκ παντὸς τρόπου θελούσης συνγενέσθαι τῷ νεανίσκῳ· ἀλλ' εὐχομένης, εἰ δύναιτο, γυνὴ τοῦ Εὐάθλου γενέσθαι κουριδία, ἤ,

εἰ τοῦτο μὴ δυνατὸν, ἀπαλλαγῆναι τοῦ βίου. Cf. Eustath. ad Iliad. Φ. p. 1236, 61. Hoc carmen ex παιδικῶν fuisse suspicatur Harlesius, cui non accedo.

XI.

ΚΥΚΝΟΣ.

XI. Schol. Pindar. Ol. X. 19. ἐμαχέσατο δὲ Ἡρακλῆς, ὅτι κακόξενος ἦν Κύκνος, καὶ ἐν παρόδῳ τῆς Θετταλίας οἰκῶν, ἀπεκαρατόμει τοὺς παριόντας, ναὸν τῷ Ἄρει βουλόμενος ἐκ τῶν κεφαλῶν οἰκοδομῆσαι. καὶ αὐτῷ παριόντι ἐπιβουλεῦσαι ἠθέλησε. συστάσης οὖν αὐτοῖς μάχης, ἔφυγε δείσας Ἡρακλῆς, συμβαλλομένου Ἄρεος τῷ παιδὶ Κύκνῳ. ἀλλ' ὕστερον Ἡρακλῆς καὶ τοῦτον ἀπέκτεινε. Στησίχορος ἐν ἐπιγραφομένῳ Κύκνῳ ἱστορεῖ.

XII.

ΟΡΕΣΤΕΙΑ.

1.

ποιάδε χρὴ Χαρίτων δαμώματα
καλλικόμων ὑμνεῖν Φρύγιον μέλος ἐξευρόντα
ἁβρῶς, ἦρος ἐπερχομένω.

XII. 1. Schol. Aristoph. Pac. 797. τοιάδε χρὴ χαρίτων δαμώματα καλλικόμων] ἔστι δὲ παρὰ τὰ Στησιχόρου ἐκ τῆς Ὀρεστείας. τοιάδε χρὴ κ. τ. λ.

2.

ὅταν ἦρος ὥρᾳ· κελαδῇ χελιδών.

2. Schol. Aristoph. Pac. 800. καὶ αὕτη πλοκὴ Στησιχόρειος, φησὶ γὰρ οὕτως· Ὅταν κ. τ. λ. Forsan legendum εἴαρος ὥρᾳ.

3. Schol. Eurip. Orest. 41. Ὅμηρος ἐν Μυκήναις φησὶ τὰ βασίλεια τοῦ Ἀγαμέμνονος. Στησίχορος δὲ καὶ Σιμωνίδης, ἐν Λακεδαιμονίᾳ.

4. Schol. ibid. 268. Δὸς τόξα μοι κερουλκὰ, δῶρα Λοξίου] Στησίχορος [lege Στησιχόρῳ] δὲ ἑπόμενος, τόξα φησὶν αὐτὸν εἰληφέναι παρὰ Ἀπόλλωνος.

6. Schol. Æschyl. Choeph. 731. Γελισσάν φησι τὴν Ὀρέστου τροφὸν, Πίνδαρος δὲ Ἀρσινόην, Στησίχορος δὲ Λαοδάμειαν.

6. Athen. XII. p. 513. A. πολλὰ δὲ τῶν Ξάνθου παρατεποίηκεν ὁ Στησίχορος, ὥσπερ καὶ τὴν Ὀρεστείαν καλουμένην.

XIII.

ΠΑΙΔΙΑ ἢ ΠΑΙΔΙΚΑ.

XIII. Athen. XIII. p. 601. A. καὶ Στησίχορος δὲ, οὐ μετρίως ἐρωτικὸς γενόμενος, συνέστησε καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τῶν ᾀσμάτων· ἃ δὴ καὶ τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο παιδιὰ καὶ παιδικά. Vid. Theocriti Παιδικά. Id. 29.

XIV.

ΠΑΛΛΑΔΟΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

1.

Παλλάδα περσέπολιν, δεινὰν θεὸν, ἐγρεκύδοιμον,
κλήζω, πολεμαδόκον, ἀγνὰν,
παῖδα Διὸς μεγάλω, δαμάσιππον, ἄϊστον Ἀθάναν.

XIV. 1. Dubitatur an Stesichori sit hoc fragmentum. Stesichoro quidem adsignat, vel Lamprocli, Scholiasta Aristidis T. II. p. 269. Stesichoro Tzetzes Chil. I. 683. sed Lamprocli Schol. Aristoph. Nub. 966. Phrynichi auctoritate fretus; ibi legitur ποτικλήζω. Voces ἄϊστον Ἀθάναν adduntur ex Aristidis Scholiasta, apud quem locus hunc in modum concipitur; Παλλάδα περσέπολιν κλήζω, πολεμαδόκον, ἀγνὰν, Παῖδα Διὸς μεγάλου, δαμάπωλον, ἄϊστον Ἀθήνην. In secundo versu vide an legendum sit πολεματόκον. Orph. Hymn. in Minerv. 10. Ἄρσην μὲν καὶ θῆλυς ἔφυς, πολεμητόκε μῆτι. Nescio quid sibi velit epitheton ἄϊστον.

2. Schol. Apollon. Rhod. IV. 1310. πρῶτος Στησίχορος ἔφη σὺν ὅπλοις ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς ἀναπηδῆσαι τὴν Ἀθήναν.

XV.

ΡΑΔΙΝΗ.

Ἄγε, Μῶσα λιγεῖα,
ἄρξον ἀοιδᾶς, ἐρατὼς
ὕμνιος Σαμίων περὶ παιδῶν ἐρατᾷ
φθεγγομένα λύρᾳ.

XV. Strabo VIII. p. 347. D. καὶ ἡ Ῥαδίνη, ἣν Στησί-

χορος ποιῆσαι δοκεῖ, ἧς (ἡ) ἀρχή. Ἄγε, Μῶσα λιγεῖα ἄρξον ἀοιδᾶς ἐρατῶν ὕμνους Σαμίων περὶ παίδων ἐρατᾷ φθεγγομένα λύρᾳ. ἐντεῦθεν λέγει τοὺς παῖδας (Σαμίους), ἐκδοθεῖσαν γὰρ τὴν Ῥαδίνην εἰς Κόρινθον τυράννῳ φησὶν ἐκ τῆς Σάμου πλεῦσαι, πνέοντος Ζεφύρου, οὐ δήπουθεν τῆς Ἰωνικῆς Σάμου· τῷ δ' αὐτῷ ἀνέμῳ καὶ Ἀρχιθέωρον εἰς Δέλφους, ὄντα ἀδελφὸν αὐτῆς, ἐλθεῖν· καὶ τὸν ἀνεψιὸν ἐρῶντα αὐτῆς ἅρματι εἰς Κόρινθον ἐξορμῆσαι παρ' αὐτήν· ὅ τε τύραννος, κτείνας ἀμφοτέρους, ἅρματι ἀποπέμπει τὰ σώματα, μεταγνοὺς δ' ἀνακαλεῖ καὶ θάπτει. De hoc loco intricato, quem, inserto vocabulo Σαμίους, paullo expeditiorem reddidi, consuli possunt Tzschuckei notæ. Heynius pro ἐρατῶν ὕμνους legit Ἐρατώ, νόμους. Ceterum Eustathius ad Iliad. A. p. 10, 1. hunc versum memoriter citans, habet, Δεῦρ' ἄγε, Καλλιόπεια λιγεῖα; nisi forte hic alius sit Stesichori versus, quem in animo habuerit Horatius, *Descende cœlo et dic age tibia, Regina, longum, Calliope, melos.*

XVI.

ΣΚΥΛΛΑ.

XVI. Schol. Apollon. Rhod. IV. 828. Στησίχορος ἐν τῇ Σκύλλῃ Λαμίας τὴν Σκύλλαν φησὶ θυγατέρα εἶναι. Suspicatur quidem Harlesius partem fuisse carminis Ἰλίου πέρσιος.

1.

ἀπειρέσιοι κυνυλαγμοί.

1. Schol. Venet. ad Iliad. Φ. 571. ἐπεί κεν ὑλαγμὸν ἀκούσῃ] Ἀρίσταρχος τινάς φησι γράφειν, κυνυλαγμόν· καὶ Στησίχορος ἔοικεν οὕτως ἀνεγνωκέναι· φησὶ γὰρ, Ἀπειρέσιοι κυνυλαγμοί. Eustathius vero p. 1251, 62. scribit ἀπειρεσίου κυνυλαγμοῦ. Possis autem vel ad Σκύλλαν cum Harlesio referre has voces, vel ad Συοθήρας cum Suchfortio.

XVII.

ΣΥΟΘΗΡΑΙ.

1.

κρύψαι [δὲ] ῥύγχος ἄκρον γᾶς ὑπένερθεν.

XVII. 1. Athen. III. p. 95. D. Στησίχορός τε φησὶν ἐν Συοθήραις· Κρύψαι ιε, τ. λ. Omittendum videtur δέ.

FRAGMENTA LOCI INCERTI.

1.

Τᾷδε δράκων μὲν ἔδοξε μολεῖν βεβροτωμένος ἄκρον,
Ἐκ δ' ἄρα τοῦ βασιλεὺς Πλεισθενίδας ἐφάνη.

1. Plutarch. de Sera Num. Vind. p. 555. A. ὥστε πρὸς τὸ γενόμενον καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀποπλάττεσθαι τὸ τῆς Κλυταιμνήστρας ἐνύπνιον τὸν Στησίχορον, οὑτωσί πως λέγοντα τάδε, Δράκων ἐδόκησε μολεῖν· κάρα βεβροτωμένος ἄκρον κ. τ. λ. quæ emendavit Valckenaerius, plaudente Wyttenbachio, qui locum sumtum esse ex Ὀρεστείᾳ suspicaretur, nisi metri genus obesset. Suchfortius ex Helenæ vituperio sumtum putat, cui eadem difficultas objici potest. Stesichorum autem carmen elegiacum fecisse nusquam, quod sciam, memoriæ traditum est.

2.

Ἀτελέστατα γὰρ καὶ ἀμάχανα
τοὺς θανόντας κλαίειν.

2. Stobæus CXXIII. p. 616. Grot. p. 509. Deest καὶ in Trincavello.

3.

θανόντος ἀνδρὸς πᾶσ' ἀπόλλυτ' ἀπ'
ἀνθρώπων χάρις.

3. Stobæus CXXIV. p. 621. Grot. p. 517. Fragmentum apud Trincavellum et Gesnerum hunc in modum concipitur; Θανόντος ἀνδρὸς, πᾶσ' ὄλυτ' ἀνθρώπων χάρις. sed varia lectio in Gesneri margine memoratur, πᾶσα πολλὰ ποτ' ἀνθρώπων χάρις. Ex his verbis senarium exsculpsit Scaliger, Θανόντος ἀνδρὸς πᾶσ' ἀπόλλυται χάρις· quæ conjectura si vera sit, non est Stesichori, sed tragici cujusdam versus.

4.

Χαμόθεν οἱ τέττιγες ὑμῖν ᾄσονται.

4. Aristot. Rhet. II. 21. III. 11. Demetr. de Eloc. 99. 243. Dictum est in Locrenses, postea vero a Dionysio adhibitum. Vid. Bentleii Dissert. de Phalar. p. 175.

5.

† μάλα τοι μάλιστα
παιγμοσύνας τε φιλεῖ καὶ μολπὰς Ἀπόλλων,
κήδεα δὲ στοναχάς τ' Ἀΐδας ἔλαχεν.

5. Plutarch. de EI in Delphis p. 394. B. *καὶ πρότερος ἔτι τούτου ὁ Στησίχορος*—*Μάλα τοι μάλιστα παιγμοσύνας φιλεῖ μολπάς τε Ἀπόλλων, κήδεά τε στοναχάς τε Ἀΐδας ἔλαχεν.* Initio fragmenti nonnihil vitii subest.

6.

Ἑρμείας Φλόγεον μὲν ἔδωκε καὶ Ἄρπαγον,
ὠκέα τέκνα Ποδάργας·
Ἥρα δ', Ἐξάλιθον καὶ Κύλλαρον.

6. Etymol. M. p. 544, 54. Κύλλαρος, *ἵππος Κάστορος*—*Στησίχορος τὸν μὲν Ἑρμῆν δεδωκέναι φησὶ τοῖς Διοσκούροις Φλόγεον καὶ Ἄρπαγον ὠκέα τέκνα Ποδάργης· Ἥραν δ' Ἐξάλιθον καὶ Κύλλαρον.* Cf. Suid. v. Κύλλαρος. Ex conjectura restitui. Virgilius Georg. III. 89. Cyllarum Polluci adsignat: *Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus.*

7.

Αὐτὸν σὲ πυλάμαχε πρῶτον.

7. Athen. IV. p. 155. F. Sic recte Schweighæuserus ex MS. Olim legebatur *πύγμαχε*.

8.

Ἀρχεσίμολπε Μῶσα.

8. Athen. IV. p. 180. E. *καλεῖ δὲ Στησίχορος μὲν τὴν Μοῦσαν ἀρχεσίμολπον.*

9.

Δεῦρ' ἄγε Καλλιόπεια λιγεῖα.

9. Eustath. ad Iliad. A. p. 10, 1. Vid. supra ad Ῥαδίνης fragmentum.

10.

Τάρταρον ἠλίβατον.

10. Etymol. M. p. 427, 48. *Στησίχορος δὲ Τάρταρον ἠλίβατον τὸν βαθὺν λέγει.* Eadem habet Photius v. Ἠλίβατος.

11.

ῥᾳδινοὺς δ' ἐπέπεμπον ἄκοντας.

11. Schol. Apollon. Rhod. III. 108. de voce ῥαδινός— Στησίχορος δὲ ἐπὶ τοῦ εὐτόνου· ῥαδινοὺς κ. τ. λ.

12.

ὄρνιθες ἀκεστάλιοι.

12. Ptolem. Hephæst. apud Photium p. 476. Gale p. 315. περὶ τῶν παρὰ Στησιχόρῳ ζητουμένων ἀκεσταλίων ὀρνίθων.

13.

κοιλωνύχων ἵππων πρύτανιν.

13. Schol. Victor. in Iliad. E. 507. κροαίνων.] κυμβαλίζων. καὶ ἐρίγδουπος. καὶ ὑψηχέες ἵπποι. Στησίχορος. κοιλωνύζων ἵππων τρυτανην τὸν Ποσειδῶνά φησι. Corrigit ut supra Heynius.

14.

ὀρείχαλκος.

14. Schol. Apollon. Rhod. IV. 973. Ὀρείχαλκος. εἶδος χαλκοῦ, ἀπὸ Ὀρείου τινὸς λεγομένου εὑρετοῦ ὠνομασμένος.— μνημονεύει καὶ Στησίχορος καὶ Βακχυλίδης.

15.

πηνέλοψ.

15. Schol. Aristoph. Av. 1300. ὁ πηνέλοψ νήσσῃ μὲν ὅμοιος, περιστερᾶς δὲ μέγεθος. μέμνηται δὲ αὐτοῦ Στησίχορος καὶ Ἴβυκος.

16.

ἀρύβαλλος.

16. Suidas et Lex. Seguier. p. 444. ed. Bekker. Ἀρίβαλλος· οὐ μόνον παρὰ Στησιχόρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις Δωριεῦσιν κ. τ. λ. Sed rectius Suidæ MSS. ἀρύβαλλοι, ut in Aristoph. Equit. 999. Vid. Hemsterh. ad Polluc. VII. 66.

17.

ἐμπορικὸν οἶκον.

17. Hesych. v. Ναυκληρώσιμοι στέγαι—ὡς καὶ Στησίχορος Ἐμπορικὸν οἰκόν φησιν.

18.

βρυαλίκται.

18. Hesych. βρυαλίκται. πολεμικοί. ὀρχησταί.—Ἴβυκος καὶ Στησίχορος.

19.

πέποσχα.

19. Photius; Πέποσχα. Δωριέων τινὲς τούτῳ κέχρηνται, ὧν καὶ Στησίχορός ἐστιν. Sed nescio an Stesichorus in Epicharmi locum irrepserit. Etymol. M. p. 662, 12. ἐν Ἁρπαγαῖς Ἐπιχάρμου· Ἁ δὲ Σικελία πέποσχε.

20.

Plutarchus de Facie in Orbe Lunæ p. 931. E. -τὸν Στησίχορον καὶ τὸν Πίνδαρον, ἐν ταῖς ἐκλείψεσιν ὀλοφυρομένους τὸν φανερώτατον κλεπτόμενον, καὶ μέσῳ ἅματι νύκτα γενομένην, καὶ τὴν ἀκτῖνα τοῦ Ἡλίου σκότους ἀτραπὸν φάσκοντας. Eodem respicit Plinius N. H. II. 12. Stesichori fabulam qua Himeræos a servitio dehortatus est, narrat Aristoteles Rhet. 2. Mythologica quædam Stesichori ex Apollodoro, et criticis veteribus enotavit Ursinus quæ non opus est exscribere.

C. J. B.

ANNOTATIO

IN

EURIPIDIS IPHIGENIAM TAURICAM

EX RECENSIONE AUG. SEIDLERI.

V. 5. *τῆς Τυνδαρείας θυγατρὸς Ἰφιγένεια παῖς.*] Malim, *τῆς Τυνδαρείας παιδὸς Ἰφιγένεια παῖς.* Noster Or. 374. *τῆς Τυνδαρείας παιδὸς ἀνόσιον φόνον.* Ita Porsonus, cum hac annotatione: *Θυγατρὸς Ald. et pauci MSS. plurimi παιδός.* Nec dubito quin sæpius *παιδὸς* in *θυγατρὸς* a librariis mutatum sit. Suspicor e. g. Euripidem scripsisse Bacch. 181. *δεῖ γάρ νιν ὄντα παῖδα παιδὸς ἐξ ἐμῆς* &c.

v. 9. *Ἄρτεμιδι, κλειναῖς ἐν πτυχαῖσιν Αὐλίδος.*] Miror Marklandum poëtico *κλειναῖς πτυχαῖσιν Αὐλίδος* prætulisse pedestre *κλεινῆς πτυχαῖσιν Αὐλίδος.* An corrupta etiam putavit *τὸ κλεινὸν πέδον Σπάρτης* Hel. 57. et *κλεὶν' Ἀθηνῶν ὁρίσματα* Hippol. 1459.? SEIDLER. Jure *κλειναὶ* appellantur Sparta et Athenæ, Aulis non item. Fortasse legendum *καίλαις ἐν πτυχαῖσιν Αὐλίδος.* Sic *Αὐλίδος κοίλους μύχους* Iph. A. 1600. Dubio careret hæc conjectura, si eadem medicina sanari posset alter Euripidis locus ubi adjectivum *κλεινὸς* sententiam prorsus absurdam reddit. Ion. 1106. *Κλειναὶ γυναῖκες, ποῦ κόρην Ἐρεχθέως | δέσποιναν εὕρω*; Verba sunt enim servi ad conservas suas, Creusæ ancillas. Reiskii conjectura, *Κλεινὰν, γυναῖκες, ποῦ κ. Ε. δ. ε.* vix admitti potest, etiamsi Attica forma *Κλεινὴν* pro Dorica *Κλεινὰν* reponatur. Legendum videtur *φίλαι γυναῖκες.* Sæpe permutari *κλεινὸς* et *καινὸς* post alios monui ad Herc. 38.[1]

v. 18. *Ἀγάμεμνον, οὐ μὴ ναῦς ἀφορμίσει (Ald. ἀφορμίσῃ) χθονὸς, | πρὶν ἂν κόρην σὴν Ἰφιγένειαν Ἄρτεμις | λάβῃ (Ald.*

---

1. Sophocles Œd. C. 377. *ὁ δ' (ὡς καθ' ἡμᾶς ἐσθ' ὁ πληθύων λόγος) | τὸ κοῖλον Ἄργος βὰς φυγὰς, προσλαμβάνει | κῆδός τε καινὸν καὶ ξυνασπιστὰς φίλους, | ὡς αὐτίκ' Ἄργος ἢ τὸ Καδμεῖων πέδον | τιμῇ καθέξον, ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν.* Malim *κῆδός τε κλεινὸν κ. ξ. φ.* Noster Phœn. 710. *ἥκουσα μεῖζον αὐτὸν ἢ Θήβας φρονεῖν. | κήδει τ' Ἀδράστου καὶ στρατῷ πεποιθότα.*

λάβοι σφαγεῖσαν.] Male ἀφορμίσει Zimmermannus, Gaisfordius, Seidlerus, Matthiæ. Sophocles Aj. 560. οὗτοι σ' Ἀχαιῶν, οἶδα, μήτις ὑβρίσῃ. Ita recte, ni fallor, omnes edd. ante Brunckium, qui consentientibus codd. nonnullis ὑβρίσει reposuit, formam Atticis prorsus ignotam. Vide Mus. Crit. I. p. 363. Nec multo meliora essent ὑβριεῖ et ἀφορμιεῖ. Frustra subjunctivum in hujusmodi locis sollicitant viri docti, ut ad Suppl. 1066. in Censura Trimestri monui. Mox recte λάβῃ Schaeferus, Seidlerus, Matthiæ. Auctor hujus emendationis Matthiæ Gramm. Gr. §. 522. Necessarium esse λάβῃ monet Seidlerus. Omnes tamen infra v. 1302. Οὐ, πρίν γ' ἂν εἴποι τοὔπος (vel τοὖπος) ἑρμηνεὺς τόδε. Ubi non minus necessarium est εἴπῃ, quod scribendum primus monuit Blomfieldius ad Æschyli Prom. 795. (769. Stanl.)

v. 34. ναοῖσι δ' ἐν τοῖσδ' ἱερίαν τίθησί με, | ὅθεν νόμοισι τοῖσιν ἥδεται θεὰ | Ἄρτεμις ἑορτῆς, τοὔνομ' ἧς καλὸν μόνον. | τὰ δ' ἄλλα σιγῶ, τὴν θεὸν φοβουμένη.] Ita Aldus, cujus scripturam alii aliter emendare conati sunt. Canteri conjecturam, ὅθ' ἐννόμοισι τοῖσιδ', adoptarunt Barnesius, Zimmermannus, Matthiæ. Edidit Seidlerus ex emendatione Reiskii et Marklandi, ὅθ' ἐν νόμοισι, τοῖσιν ἥδεται θεὰ | Ἄρτεμις, ἑορτή, τοὔνομ' ἧς καλὸν μόνον. Sensus est, interprete Reiskio, *ubi inter leges illas, quibus Diana gaudet, est festum, cujus solum nomen est pulchrum.* Sed ὅθι, *ubi*, si bene memini, apud Euripidem non legitur, nisi in melicis, ut infra vv. 1143. 1245. et in metro anapæstico, ut Tro. 779. Bacch. 1384. Omnia recte Aldus, ni fallor, nisi quod solenni errore τοῖσιν pro τοισίδ' dedit, ut infra v. 747. Explicant hoc τοισίδ' quæ mox leguntur Iphigeniæ verba, θύω γὰρ (ὄντος τοῦ νόμου καὶ πρὶν πόλει) | ὃς ἂν κατέλθῃ τήνδε γῆν Ἕλλην ἀνήρ. Quod ad ὅθεν attinet, animadvertere debebant viri docti qui ὅθι reponendum censuerunt, non sequi τιμᾶται sed ἥδεται, nec Dianam in templo habitasse sed in cœlo.

v. 50. μόνος δ' ἐλείφθη στῦλος (*Ald.* ἐλήφθη στύλος), ὡς ἔδοξέ μοι, | δόμων πατρῴων'] [Collatio Victoriana[1]] ἴσος ἐλείφθη pro μόνος δ' ἐλείφθη. memorabilis variatio, in qua vereor ne lateat lectio genuina. Dedisse enim poëtam puto

1. De qua vid. Seidleri Præfatio.

οἷος δ' ἐλείφθη στῦλος. Vocem οἷος librarius male legerat, ut sæpe isti homines ἴσος et οἷος permutarunt, teste Bastio ad Gregor. Cor. p. 305. Μόνος autem explicatoris est. SEIDLER. *Profecto vir doctissimus hic dormitavit*, ut ipse alicubi de Marklando ait. Aut scripsit Victorius, aut scribere voluit, ἴσως ἐλείφθη. Ipsius Victorii conjectura est ἐλείφθη pro ἐλήφθη, quod in libris reperit. Similiter scripsit ἴσως ᾧ τάσδε ad v. 159. ubi Aldus ὦ τάσδε, ἴσως τᾶς ad v. 217. ubi Aldus τὰς, ἴσως οἶδας ad v. 812. ubi Aldus οἶδα.

v. 64. ἀλλ' ἐξ αἰτίας | οὔπω τινος (*Ald.* τινὸς) πάρεισιν ἐς ἔμ' εἴσω δόμων, | ἐν οἷσι ναίω, τῶνδ' ἀνακτόρων θεᾶς.] Raro in præpositionem ἐς cadit ictus metricus, de quo Dawesius Misc. Crit. p. 189. Euripides Or. 394. Φειδόμεθ'. ὁ δαίμων ἐς ἐμὲ πλούσιος κακῶν. Ibid. 734. Μενέλεως κάκιστος ἐς ἐμὲ καὶ κασιγνήτην ἐμήν. Ita Porsonus, præeunte Musgravio. Aldus utrobique εἰς ἐμὲ dedit, Barnesius priore loco ἐς ἐμὲ, altero εἰς μὲ, ubi tres scripti codices εἴς με, momente Porsono. Hoc fortasse verum est. Sic noster Bacch. 804. Οἴμοι, τόδ' ἤδη δόλιον εἴς με μηχανᾷ. El. 347. ἤκουσ' Ὀρέστου πρός με κήρυκες λόγων. Æschylus Eum 101. οὐδεὶς ὑπέρ μου δαιμόνων μηνίεται. Aristophanes Vesp. 1358. ταῦτ' οὖν περί μου δέδοικε, μὴ διαφθαρῶ. Vide igitur an nostro loco reponendum sit εἴς μ'.

v. 67. Ὅρα, φυλάσσου, μήτις ἐν στίβῳ βροτῶν. Æschylus Cho. 924. Ὅρα, φύλαξαι μητρὸς ἐγκότους κύνας. Ubi mendose φυλάξω Aldus et Turnebus. Nostro loco convenientior videtur activa forma φυλάσσειν. Legendum, ni fallor, Ὅρα, φυλάσσων μήτις ἐν στίβῳ βροτῶν. Ita noster Iph. A. 145. λεῦσσε, φυλάσσων μήτις σε λάθῃ, | τροχάλοισιν ὄχοις παραμειψαμένη, | παῖδα κομίζουσ' ἐνθάδ' ἀπήνη | Δαναῶν πρὸς ναῦς. Xenophon Hellen. V. 4, 28. τοῦ δ' ὄρθρου ἀναστὰς, ἐφύλαττε μὴ λάθῃ αὐτὸν ὁ πατήρ ἐξελθών.

v. 89. λαβόντα δ' ἢ τέχναισιν, ἢ τύχῃ τινὶ, | κίνδυνον ἐκπλήσαντ', Ἀθηναίων χθονὶ | δοῦναι τόδ' ἐνθένδ' οὐδὲν ἐρρήθη πέρα (*Ald.* πέρας).] Legendum, Ἀθηναίων χθονὶ | δοῦναι. τὸ δ' ἐνθένδ' οὐδὲν ἐρρήθη πέρα. Τὸ ἐνθένδε sive τοὐνθένδε valet ἐκ τούτων, μετὰ ταῦτα. Exempla præbet index Beckianus v. Ἐνθένδε. Sophocles Phil. 895. Πάπαι, τί δῆτα δρῷμ' ἐγὼ τοὐνθένδε γε; *Si scripseris* τί δῆτ' ἂν δρῷμ', inquit Schaeferus,

nihil erit; quod amplius requiri possit. Scripserat scilicet Brunckius, Πάπαι, *τί δῆτα δρῷμ' ἂν ἐκ τούτων ἐγώ*; Idem poëta *τὸ ἔνθεν* dixit Œd. C. 476. Εἶεν. *τὸ δ' ἔνθεν ποῖ* (malim *πῇ*) *τελευτῆσαί με χρή*;

v. 96. *τί δρῶμεν*; *ἀμφίβληστρα γὰρ τοίχων ὁρᾷς | ὑψηλά*;] Nusquam alibi apud Euripidem *γὰρ* ita collocatum reperi in senario cæsuram neque penthemimerem neque post tertium pedem habente. Operarum quidem vitio legitur in Hervagiana prima Bacch. 653. *τί δ' οὐχ ὑπερβαίνουσι γὰρ τείχη θεοί*; Quæ scriptura in plerasque sequentes manavit. Sed recte *καὶ* Aldina, quod e codd. Parisiensibus revocavit Brunckius. Ejusdem erroris exempla vide apud Porsonum ad Phœn. 277. 1495. Nostro loco numerosius esset *ἀμφίβληστρα καὶ τοίχων*, quod vereor ut sententia admittat. Vulgatam igitur sollicitare supersedeo. Infra legitur v. 695. *παῖδας ἐξ ἐμῆς ὁμοσπόρου | κτησάμενος, ἣν ἔδωκά σοι δάμαρτ' ἔχειν*. Hic quoque locus minus numerosus est, propterea quod enclíticum *σοι*, haud secus ac particula *γὰρ*, in initio versus aut sententiæ stare non potest. Malim *ἣν ἔδωκα σοὶ δ. ἔ.* Perpaucos apud Euripidem senarios offendes, qui cæsuram habeant qualem in his duobus indicavi. Quotquot reperi, hic subjiciam. I. Hec. 891. λέξον, Καλεῖ σ' *ἄνασσα δή ποτ' Ἰλίου | Ἑκάβη*, &c. Numerosius esset *πρίν ποτ'*, quod legitur Tro. 74. *Φρυγῶν ἀρίστου πρίν ποθ' Ἕκτορος δάμαρ*. II. Suppl. 790. *τὸ μὲν γὰρ οὐκ ἤλπιζον ἂν πεπονθέναι | πάθος περισσὸν, εἰ γάμων ἀπεζύγην*. Hoc in chori carmine occurrit. Si secus esset, *οὐκ ἂν ἤλπισ' ἄν* fortasse scripsisset poëta. III. Bacch. 736. *καὶ τὴν μὲν ἂν προσεῖδες εὔθηλον πόριν | μυκωμένην ἔχουσαν ἂν χεροῖν δία*. Ita pro *ἔχουσαν ἐν χεροῖν δίκα* emendabam ad Heracl. 1031. IV. 131. Καὶ *μὴν στολήν γ', Ἑλληνά τε ῥυθμὸν πέπλων* (vulgo Καὶ *μὴν στολήν γ' Ἕλληνα, καὶ ῥ. π.*) | *ἔχει. τὰ δ' ἄλλα* (*τὰ δ' ἔργα* uterque cod. Par.) *βαρβάρου χερὸς τάδε*. Hic etiam ipse auctor sum scripturæ, quam nunc in dubium voco. V. Ibid. 436. *ξυγγνωστὰ γάρ τοι καὶ τὰ τοῦδ', εἰ μὴ θέλει | κτείνειν πολιτῶν παῖδας. αἰνέσαι δ' ἔχω | καὶ ταυθάδ'. εἰ θεοῖσι δὴ δοκεῖ τάδε | πράσσειν ἐμ', οὗτοι σοί γ' ἀπόλλυται χάρις*. Malim *εἴτι θεοῖσι δή*, ut *θεοῖσι* disyllabon sit, ut in eadem sede Ion. 1130. El. 764. Eadem varietas v. 173. ubi meam emendationem, *εἴτι τοὐτό*

σε | ψυχὴν ἐπαίρει, occupavit etiam Matthiæ[1]. VI. Herc. 821. ἀπότροπος γένοιό μοι τῶν πημάτων. Malim γένοι' ἐμοὶ, si versus alioqui sanus est. VII. El. 1257. γοργῶφ' ὑπερτείνουσά σου κάρᾳ κύκλον. Legendum aut σοῦ κρατὸς, aut σῷ κάρᾳ. Hoc habet noster Med. 1371. Herc. 465.

v. 110. ὅταν δὲ νυκτὸς ὄμμα λυγαίας μόλῃ, | τολμητέον τοι ξεστὸν ἐκ ναοῦ λαβεῖν | ἄγαλμα, πάσας προσφέροντε (*Ald.* προσφέροντα) μηχανάς. | ὅρα δέ γ' εἴσω τριγλύφων, ὅποι κενὸν | δέμας καθεῖναι.] Bothius[2], πάσας προσφέροντε μηχάνας | ὥρας τε, γείσσων τριγλύφων ὅπου κενὸν, | δέμας καθεῖναι. Blomfieldius Mus. Crit. I. p. 191. γεῖσα τριγλύφων. Si τρίγλυφος adjectivum est, legendum videtur, ὅρα δὲ γείσσων (vel γείσων) τριγλύφων ὅπου κενὸν | δέμας καθεῖναι. Recte Seidlerus: *Intellige sic*: ὅποι δέμας καθεῖναι κενόν ἐστι, *i. e.* ὅπου κενόν ἐστι, ὥστε ἐνταυθοῖ δέμας καθεῖναι. *Porsonus ad Hec.* 1062. *non recte explicare videtur* ἐκεῖσε ὅπου. Constructio est ὅρα ὅπου. In similibus locis interdum reperitur ὅπου, interdum ὅποι. Noster Heracl. 45. Ἄλλος δ' ἀδελφοί θ', οἷσι πρεσβεύει γένος, | ζητοῦσ' ὅπου (sic pro ὅπῃ uterque cod. Par.) γῆς πύργον οἰκιούμεθα. Hel. 1623. ὅποι (f. ὅπῃ) νοσοῖεν ξύμμαχοι κατασκοπῶν, | ταύτῃ προσῆγε χειρὶ δεξιᾷ ξίφος. Ion. 741. Ἔπου νυν. ἴχνος δ' ἐκφύλασσ' ὅπου τίθης. Sophocles Phil. 16. σκοπεῖν θ' ὅπου 'στ' ἐνταῦθα δίστομος πέτρα. Aristophanes Av. 44. πλανώμεθα, ζητοῦντε τόπον ἀπράγμονα, | ὅποι καθιδρυθέντε διαγενοίμεθ' ἄν. Hic non male legitur ὅπῃ. Καθιδρυθέντε enim idem fere valet ac ἐλθόντε. Nostro loco magis placet ὅπου. De hac varietate sæpius infra dicturus sum.

v. 116. οὗτοι μακρὸν μὲν ἤλθομεν. κώπη πόρον, | ἐκ τερμάτων δὲ νόστον ἀροῦμεν (*Ald.* ἄρωμεν) πάλιν;] Sensus est, οὗτοι μακρὸν ἐλθόντες κώπῃ πόρον, ἐκ τερμάτων (*a meta* Seidlerus) νόστον ἀροῦμεν πάλιν. Delenda igitur interrogationis

---

1. Euripides Hel. 354. Σὲ γὰρ ἐκάλεσα, σὲ δὲ κατώμοσα, | τὸν ὑδρόεντα δόνακι χῶρον | Εὐρώταν, θανόντος, | εἰ βάξις ἔτυμος ἀνδρὸς ἅδε μοι. Ita Aldus. Alii χλωρὸν pro χῶρον. Lego, Σὲ γὰρ ἐκάλεσα, σὲ δὲ κατόμοσα, | τὸν ὑδρόεντα δόνακι χλωρῷ | χλωρὸν Εὐρώταν, θανόντος | εἴτι βάξις | ἔτυμος ἀνδρὸς ἅδε μοι.

2. *Euripides' Werke verdeutscht von Friederich Heinrich Bothe. Berlin und Stettin,* 1800—1803. Annotatio critica in Iphigeniam Tauricam legitur tom. V. pp. 177—226.

nota, quam deletam voluit etiam Marklandus. Longe aliter ac vulgo hæc exhibet ed. Zimmermanniana: *οὐ μέντοι μακρὰν ἀπελθῶμεν* (sic) *τῆσδ' ὁδοῦ, | ἐκ τερμάτων ὡς νόστου τυχῶμεν* (sic) *πάλιν.* Unde hanc scripturam hauserit Zimmermannus, ex suane an alius cujuspiam conjectura, fateor me nescire. Qui talia Euripidi obtrudit, jure cum Reiskio ad v. 727. dicere posset, *Ne sinamus nos a terriculamentis metri percelli, quæ vana sunt et imaginaria.*

v. 118. *χωρεῖν χρεὼν* (*Ald.* *χώρει νεκρῶν*), *| ὅποι χθονὸς κρύψαντε λήσομεν δέμας.*] Ὅποι pro *ἐκεῖσε ὅπου* hic etiam accipiendum esse docet Porsonus. Sed ea significatione longe usitatius est *ὅπου*, quod nostro loco reponendum suspicatus est Valckenaerius ad Hipp. 1247. et reposuit Zimmermannus. Ita noster infra v. 1296. *Οὐκ ἴσμεν. ἀλλὰ στεῖχε, καὶ δίωκέ νιν, | ὅπου κυρήσας τούσδ' ἀπαγγελεῖς λόγους.* Phœn. 984. ΜΕ. *Ποῖ δῆτα φεύγω: τίνα πόλιν, τίνα ξένων; |* ΚΡ. *Ὅπου χθονὸς τῆσδ' ἐκποδὼν μάλιστ' ἔσει.* Bacch. 1381. *ἔλθοιμι δ' ὅπου | μήτε Κιθαιρὼν μιαρός μ' ἐσίδοι, | μήτε Κιθαιρῶν' ὅσ-σοισιν ἐγώ.* Heracl. 19. *πέμπων ὅπου* (ita pro *ὅπῃ* cod. G.) *γῆς πυνθάνοιθ' ἱδρυμένους, | κήρυκας, ἐξαιτεῖ τε, κἀξείργει χθονός.* Ibid. 529. *ἡγεῖσθ' ὅπου δεῖ σῶμα κατθανεῖν τόδε.* Herc. 740 Ἦλθες χρόνῳ μὲν, οὗ δίκην δώσεις θανών. Horum nonnulla attulit Censor Trimestris IX. p. 352. Præter nostrum locum et superiorem v. 113. allegat Porsonus Sophoclem Phil. 481. *ἐμβαλοῦ μ' ὅπῃ θέλεις ἄγων, | εἰς ἀντλίαν, εἰς πρῶραν, εἰς πρύμνην*[1], *ὅποι | ἥκιστα μέλλω τοὺς ξυνόντας ἀλγυνεῖν.* Hic etiam præstare videtur *ὅπου*. Rectius usurpantur *οἷ* et *ὅποι*, cum in utroque membro est motus significatio. Sophocles Ant. 228. *Τάλας, τί χωρεῖς, οἷ μολὼν δώσεις δίκην;* Euripides Or. 1678. *Χωρεῖτέ νυν ἕκαστος, οἷ προστάσσομεν* (sub. *χωρεῖν*). Telepho III. Ἴθ' *ὅποι χρῄζεις. οὐκ ἀπολοῦμαι | τῆς σῆς Ἑλένης οὕνεκα.* Vulgo deest *σῆς*. Verba sunt Agamemnonis ad Menelaum. Sic etiam fragmentum XX. *Σπάρτην ἔλαχες. κείνην κόσμει. | τὰς δὲ Μυκήνας ἡμεῖς ἰδίᾳ.* Aut hujus aut

---

1. Vulgo *ἐς πρύμναν*. Vetus forma est *πρύμνη*, ut *λίμνη*, recentior *πρύμνα*, ut *μέριμνα*. Aristophanes Vesp. 399. *ἤν πως πρύμνην ἀνακρούσηταί, πληγεὶς ταῖς εἰρεσιώναις.* Hic etiam vulgo *πρύμναν* contra metrum. Nomina enim quorum genitivus desinit in *ης*, corripiunt *α* nominativi et accusativi.

illius est fragmentum V. Ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει. Ἔνθα utroque sensu usurpatur. Pro ἐκεῖσε ὅπου passim. Pro ἐκεῖσε ὅποι infra v. 1198. Ἄγ' ἔνθα χρήζεις. οὐ φιλῶ τἄρρηθ' ὁρᾶν. Sophocles. Phil. 1465. κἄμ' εὐπλοίᾳ πέμψον ἀμέμπτως, | ἔνθ' ἡ μεγάλη μοῖρα κομίζει. Sic etiam ἵνα.

v. 123. Εὐφαμεῖτ', ὦ πόντου | δισσὰς συγχωρούσας πέτρας | Εὐξείνου ναίοντες. | ὦ παῖ τὰς Λατοὺς, Δίκτυν' οὐρεία, &c.] Ita Aldus, quem per totum hoc carmen ita sequor, ut Seidleri aliorumque scripturam, si quando operæ pretium videtur, cum lectore communicem, plerumque vero silentio præteream. Dum enim in strophas et antistrophos, de quibus in hoc metro ne cogitavit quidem poëta, omnia distribuit Seidlerus, vulgatam lectionem sæpenumero e sana corruptam reddit. Initium carminis ita constituit: Εὐφαμεῖτ', ὦ | πόντου δισσὰς συγχωρούσας | πέτρας Εὐξείνου ναίοντες. | παῖ Λατοῦς, Δίκτυννʼ οὐρεία, &c. Fieri potuisse fateor, ut librariorum culpa pro παῖ Λατοῦς invectum sit ὦ παῖ τὰς Λατοῦς. Quanquam hæc scriptura, modo corrupta sit, potius ex ὦ Λατοῦς nata videtur, quam e παῖ Λατοῦς. Ita fere pro ὦ Διὸς Ἄρτεμις θηροκτόνε, quod ex codd. Parisiensibus reposuit Marklandus, aut ὦ θηροκτόν' Ἄρτεμις Διός, quæ Porsoni est conjectura, olim legebatur apud Euripidem, vel potius Pseudeuripidem, Iph. A. 1570. ὦ θηροκτόν' Ἄρτεμι, παῖ Διός. Hanc ellipsin, quæ tamen usitatior est quam ut illustratione egeat, usurpat noster infra v. 1230. ὦ Διὸς Λητοῦς τ' ἄνασσα παρθέν', ἣν νίψω φόνον &c. Item. Ion. 1619. Ὦ Διὸς Λητοῦς τ' Ἄπολλον, χαῖρ'. ὅτῳ δ' ἐλαύνεται &c. Nostro loco ὦ Λατοῦς proculdubio reposuisset Seidlerus, si vocalem in initio versus post brevem syllabam τες stare posse existimasset. Si consona opus est, potius Λητοῦς ὦ Δίκτυννʼ οὐρεία legam quam παῖ Λ. Δ. οὐρεία. Ὦ post unam aut plures voces haud raro collocatur. Post unam collocat noster El. 167. Ἀγαμέμνονος ὦ κόρα, ἦλυθον, Ἠλέκτρα, &c. Post duas Hel. 1467. Φοίνισσα Σιδωνιὰς ὦ ταχεῖα κώπα, &c. Sed quo minus vulgata temere sollicitem, obstat suspicio, nonnihil vitii esse in verbis ὦ πόντου δισσὰς συγχωρούσας πέτρας Εὐξείνου ναίοντες, quæ aves potius quam homines significare videntur.

v. 143. Ὦ δμωαὶ, δυσθρηνήτοις | ὡς θρήνοις ἔγκειμαι, | τᾶς οὐκ εὐμούσου μολπᾶς βοᾶν | ἀλύροις ἐλέγοις, | ἔ. ἔ. ἐν κηδείοις οἴκτοισιν | αἵ μοι συμβαίνουσ' ἄται | σύγγονον ἀμὸν

κατα|κλαιομένα, ζωᾶς | οἵαν ἰδόμαν ὄψιν ὀνείρων | νυκτὸς, τᾶς, ἐξῆλθ' ὄρφνα.] Duo vocabula βοᾶν et ζωᾶς metro simul et sententiæ obsunt. His sublatis, locus hoc fere modo facile constituitur: Ὦ δμωαὶ, δυσθρηνήτοις | ὡς θρήνοις ἔγκειμαι, καὶ | τᾶς οὐκ εὐμούσου μολπᾶς | ἀλύροις ἐλέγοις· | ἔ ἔ, κηδείοις οἰκτοισιν, | αἵ μοι ξυμβαίνουσ' ἆται, | ξύγγονον ἀμὸν κατακλαομένα. | τοίαν ἰδόμαν ὄψιν ὀνείρων, | νυκτὸς, τᾶς ἐξῆλθ' ὄρφνα. Plura hic consideranda veniunt. Versu 144. addidi καὶ, quod infra v. 223. post εἰκὼ exciderat, quod post ἔγκειμαι facile excidere poterat, quodque in eodem metro eandem sedem occupat apud Euripidem Tro. 124. Deinde delevi ἐν ante κηδείοις. Eandem præpositionem ante ναοῖσι expulit Marklandus v. 460. Verba autem αἵ μοι ξυμβαίνουσ' ἆται accipienda sunt quasi dixerit poëta, οἰκτοισι τῶν ἀτῶν, αἵ μοι ξυμβαίνουσιν. Ita noster Tro. 879. ποινὰς, ὅσοι τεθνᾶσ' ἐν Ἰλίῳ φίλοι. Id est, ποινὰς φίλων, ὅσοι τεθνᾶσ' ἐν Ἰλίῳ. Nonnullæ edd. ὅσοις, aliæ ὅσων, sed recte Aldina ὅσοι. Οἶκτος genitivum adsciscit Hipp. 1089. οὐ γάρ τις οἶκτος σῆς μ' ὑπέρχεται φυγῆς. Mox ὀνείρων ex sententia Bothii uncis incluserunt Seidlerus et Matthiæ. Rectius abest ζωᾶς, quod si per o Attico more scribatur, in hoc metro stare non potest. Denique τοίαν vel τοιάνδ' pro οἵαν reponendum esset, etiam si nullus esset hiatus. Nonnihil de hac re dixi ad Æschyli Prom. 907. ubi recte τοῖον pro οἷον Robortellus.

v. 153. ὠλόμαν, ὠλόμαν. | οὐκ εἴσ' οἶκοι πατρῷοι. | οἴμοι. φροῦδος γέννα. | φεῦ. φεῦ. τῶν Ἄργει μόχθων.] Seidlerus, ὀλόμαν, ὀλόμαν. οὐκ εἴσ' οἶκοι | πατρῷοί μοι. φροῦδος γέννα. | φεῦ φεῦ τ. Ἄ. μ. Idem mediam in πατρῷοι corripi vult, ut versus sit catalecticus, cujus ultima syllaba salvo metro brevis esse potest. Rectius fecisset, si γενεὰ pro γέννα reposuisset. Noster Hec. 160. τίς ἀμύνει μοι; | ποία γέννα; | ποία δὲ πόλις; Ad hæc Porsonus: *Cum γέννα secundam alibi semper, ni fallor, corripiat, cur hic producat? Legendum igitur videtur γενεά, et γέννʼ infra* 189. [191.] *cum Kingio.* Recte etiam Matthiæ γενεὰν pro γένναν Hel. 1345.[1]

1. Hic locus ita legendus videtur: βροτοῖσι δ' ἄχλοα πεδία γᾶς | οὐ καρπίζουσ' ἀρότοις, | λαῶν τε φθείρει γενεὰν, | ποίμναις τ' οὐχ ἵει θαλερὰς | βοσκὰς εὐφύλλων ἑλίκων. Metrum cum stropha conveniet, si in illa legatur v. 1330. θηρῶν ὅτε ζυγίους | ζεύξασ' ἦεν θεὰ σατίνας,

v. 186. οἵμοι τῶν Ἀτρειδᾶν οἴκων. | ἔρρει φόως σκήπτρων. | οἵμοι πατρῴων οἴκων. | τίν' ἐκ τῶν εὐόλβων | Ἄργει βασιλέων, | ἀρχά. μόχθος δ' ἐκ μόχθων | ἀΐσσει δινευούσαις ἵπποισιν | πτανοῖς. ἀλλάξας | δ' ἐξέδρασ' ἱερὸν ὄμμ' αὐγᾶς ἅλιος. | ἄλλοις δ' ἄλλα προσέβα | χρυσέας ἀρνὸς μελάθροις ὀδύνα, | φόνος ἐπὶ φόνῳ, | ἄχεα ἄχεσιν. Hanc difficillimam totius carminis partem merito appellat Seidlerus. Tres primos versus ita dubitanter corrigo: οἵμοι, τῶν Ἀτρειδᾶν οἴκων | ἔρρει φῶς, ἔρρει σκῆπτρον | (οἵμοι) πατρῴων οἴκων. Infra etiam v. 848. Orestes δόμοις φάος appellatur. Ad ἔρρει σκῆπτρον conferantur Pelei verba Andr. 1223. Οὐκέτι μοι πόλις, πόλις. | σκῆπτρά τ' ἐρρέτω τάδ' ἐπὶ (malim ὑπὸ) γαῖαν. Verba πατρῴων οἴκων non *meam* sed *tuam paternam domum* significare mihi videntur. Mea enim sententia hoc carmen in quatuor ῥήσεις dividendum est. Iphigeniæ tribuo versus 143—177. iterumque 203—235. Reliqua chori esse arbitror. Sequuntur duo versus catalectici, τίν' ἐκ τῶν (liber Put. τίν' ἐκ τῆς τῆς) εὐόλβων | Ἄργει βασιλέων ἀρχά, qui meam emendandi facultatem longe superant. Deinde legendum, fere ut vulgo, μόχθος δ' ἐκ μόχθων ἄσσει | δινευούσαις | ἵπποισι πτανοῖς. Quæ verba de Pelopis equabus accipio, licet aliter sentiant Musgravius et Seidlerus. Dativum δινευούσαις illustrat Matthiæ Gramm. Gr. §. 390. Sequitur, ἀλλάξας δ' | ἐξ ἕδρας ἱερᾶς ὄμμ' αὐγᾶς | ἅλιος, ἄλλοις ἄλλα προσέβα | χρυσέας ἀρνὸς μελάθροις ὀδύνα, | πόνος ἐπὶ πόνῳ, ἄχεά τ' ἄχεσιν. Jacobsio debetur ἐξ ἕδρας, Marklando ἱερᾶς, Barnesio ἄχεά τ' ἄχεσιν. Ἀλλάξας nominativus absolutus est, de quo vide ad v. 675. Frustra autem Seidlerus ἄλλαις, ὀδύναις scilicet, προσέβη pro προσετέθη accepto. Recte se habet vulgata ἄλλοις—μελάθροις, i. e. ἄλλῃ γενεᾷ.

v. 199. ἔνθεν τῶν πρόσθεν δμαθέν|των Ταντα λιδᾶν ἐκβαίνει | ποινά γ' ἐς οἴκους. σπεύδει | δ' ἀσπούδαστ' ἐπὶ σοὶ δαίμων,] Heathio auctore hæc ita distribuit Matthiæ, ut tres primi versus dimetri sint acatalecti, quartus monometer. Heathio etiam debetur εἰς οἴκους. Nemini autem scrupulum injecisse videtur istud γε, quod ab Euripide profectum esse ægre mihi persuaserim. Scripsit, ni fallor, ἔνθεν τῶν πρόσθεν δμαθέντων | Ταντα λιδᾶν ἐκβαίνει ποινά τ' | εἰς οἴκους, σπεύδει τ' ἀσπούδαστ' | ἐπὶ σοὶ δαίμων. Ordo est, ἔνθεν ποινά τε εἰς οἴκους τῶν πρόσθεν δμαθέντων Ταντα λιδᾶν ἐκβαίνει. Particula

τε post plures voces in priore sententiæ membro posita multis exemplis confirmari potest. Sophocles Œd. T. 758. Οὐ δῆτ'· ἀφ' οὗ γὰρ κεῖθεν ἦλθε, καὶ κράτη | σέ τ' εἶδ' ἔχοντα, Λαΐου τ' ὀλωλότα, &c. Ant. 120. ἔβα, πρὶν ποθ' ἁμετέρων | αἱμάτων γένυσιν | πλησθῆναί τε, καὶ στεφάνωμα πύργων | πευκάενθ' Ἥφαιστον ἑλεῖν. Phil. 141. φάσκειν δ' αὐδὴν τὴν Ἡρακλέους | ἀκοῇ τέ κλύειν, λεύσσειν τ' ὄψιν. Hoc scilicet tanquam numerosius maluit Sophocles, quam quod metri lex non vetabat, φάσκειν δ' ἀκοῇ τε κλύειν αὐδὴν | τὴν Ἡρακλέους, λεύσσειν τ' ὄψιν. Euripides Hec. 846. Δεινόν γε, θνητοῖς ὡς ἅπαντα συμπίτνει. | καὶ τὰς ἀνάγκας οἱ νόμοι διώρισαν, | φίλους τιθέντες τούς τε (vulgo γε) πολεμιωτάτους, | ἐχθρούς τε τοὺς πρὶν εὐμενεῖς ποιούμενοι. Phœn. 333. ἀνῆξε μὲν ξίφους | ἐπ' αὐτόχειρά τε σφαγὰν, ὑπὲρ τέρεμνά τ' ἀγχόνας. Heracl. 396. σκοπεῖ (δόκησιν δὴ τάδ' ἂν λέγοιμί σοι) | ποίᾳ προσάξει στρατόπεδόν τ' ἄνευ δορὸς, | ἐν ἀσφαλεῖ τε τῇσδ' ἱδρύσεται χθονός. Ion. 569. Ὦ τέκνον, εἰς μὲν σὴν ἀνεύρεσιν θεὸς | ὀρθῶς ἔκρανε, καὶ ξυνῆψ' ἐμοί τε σε, | σύ τ' αὖ τὰ φίλταθ' ηὗρες, οὐκ εἰδὼς πάρος. Herc. 1004. κάρριψε πέτρον στέρνον εἰς Ἡρακλέους, | ὅς νιν φόνου μαργῶντά τ' ἔσχε, κεἰς ὕπνον | καθῆκε. Minus recte vulgo φόνου μαργῶντος ἔσχε. In his omnibus sequitur in posteriore membro aut alterum τε aut καί. Hactenus hæc. Quæ sequuntur verba, σπεύδει τ' ἀσπούδαστ' ἐπὶ σοὶ δαίμων, Marklandus et Seidlerus de Oreste dicta putant, quem paullo ante v. 169. allocuta est Iphigenia, quemque paullo post v. 229. iterum allocutura est, si is locus secundum me constituendus est. Sed verba de quibus nunc agitur, majori intervallo a prima fratris compellatione distant, quam ut nude ἐπὶ σοὶ absque personæ indicatione dicere potuerit. Si recte hæc vulgo Iphigeniæ tribuuntur, justo audacior non esset, qui ἐπ' ἐμοὶ reponeret. Vix ullus enim error horum pronominum confusione frequentior est[1].

1. Euripides Hec. 858. τὸν ἄνδρα τοῦτον φίλιον ἡγεῖται στρατὸς; | τὸν κατθανόντα δ' ἐχθρόν. εἰ δ' ἐμοὶ φίλος | ὅδ' ἐστὶ, χωρὶς τοῦτο, κοὐ κοινὸν στρατῷ. Iph. A. 1385. καὶ γὰρ οὐχ οὕτω τι λίαν ἐμὲ φιλοψυχεῖν χρεών. | πᾶσι γάρ μ' Ἕλλησι κοινὴν ἔτεκες, οὐκ ἐμοὶ μόνῃ. Cum sensus dispendio, ut mihi quidem videtur, vulgo utrobique legitur σοί. Contrarium vitium est in Hel. 1595. Ἔτ', ὦ ξέν', εἰς τὸ πρόσθεν (ἢ καλῶς ἔχει) | πλεύσωμεν; ἀρχαὶ γὰρ νεῶς μέλουσί μοι. Legendum σοι constat e v. 1568.

Sed melior videtur Bothii sententia, hos quatuor versus choro tribuendos esse, cujus dicto, σπεύδει τ' ἀσπούδαστ' ἐπὶ σοὶ δαίμων, respondeat Iphigenia, Ἐξ ἀρχᾶς μοι δυσδαίμων δαίμων, &c. Meam sententiam de personarum distributione in hoc carmine supra declaravi.

v. 203. ἐξ ἀρχᾶς μοι δυσδαίμων | δαίμων τᾶς ματρὸς ζώνας, | καὶ νυκτὸς κείνας ἐξ ἀρχᾶς | λοχείαν, στερρὰν παιδείαν, | μοῖραι συντείνουσι θεαί. | ἃ μναστευθεῖσ' ἐξ Ἑλλάνων, | ἂν πρωτόγονον θάλος ἐν θαλάμοις &c.] Legendum et distinguendum, Ἐξ ἀρχᾶς μοι δυσδαίμων | δαίμων, τᾶς ματρὸς ζώνας, | καὶ νυκτὸς κείνας, ἐξ ἃς | λοχίαν στερρὰν παιδείαν | μοῖραι ξυντείνουσιν θεαί, | τᾷ μναστευθείσᾳ Ἐξ Ἑλλάνων, | τὰν πρωτόγονον θάλος ἐν θαλάμοις &c. Dicit Iphigenia, monente Seidlero, malo se fato destinatam esse jam inde a matris nuptiis, illaque nocte qua concepta sit. Quod bis in vulgatis legitur ἐξ ἀρχᾶς, librariorum oscitantiæ tribuendum est, qui infra v. 707. προδοὺς pro ὁρῶν dederunt, propterea quod superiore versu legitur προδῷς. Mox λοχειῶν στερρὰν παιδείαν Scaliger, metro repugnante. Metrum quidem admittit λοχιᾶν, quod reposuerunt Seidlerus et Matthiæ, sed vereor ut λοχία pro λοχεία melioris notæ sit substantivum quam παιδία aut ἀνδρία. Scribendum λοχίαν, quod non est genitivus pluralis substantivi, sed accusativus singularis adjectivi. Infra etiam v. 1097. vulgo legebatur λοχείαν pro λοχίαν. Λοχίαν στερρὰν παιδείαν hic appelluvit poëta, quod στερρὰς ἐν τόκοις ἀλγηδόνας Med. 1031. Quod autem λοχίαν στερρὰν παιδείαν potius quam σ. λ. π. dixit, id more suo fecit, qui infra v. 423. Φινείδας ἀύπνους ἀκτὰς dixerit, similemque ordinem passim exhibuerit. Verba ἃ μναστευθεῖσ' ἐξ Ἑλλάνων, quæ a nullo verbo pendent, vix dici potest quantam interpretibus molestiam attulerint. Vanum omnem emendandi conatum pronuntiat Seidlerus, neque difficultatem aliter expediri posse, quam statuendo nonnulla hinc excidisse. Atqui Bothius jam recte legendum conjecerat μναστευθείσᾳ Ἐξ Ἑλλάνων, qui tamen male articulum ἁ, qui in dativum τᾷ mutandus erat, prorsus delevit. Pendet hic dativus a superioribus verbis Ἐξ ἀρχᾶς μοι δυσδαίμων δαίμων.

v. 228. καὶ νῦν κείνων μέν μοι | λάθα, τὸν δ' Ἄργει δμαθέντα, | κλαίω σύγγονον, | ὃν ἔλιπον ἐπιμαστίδιον | ἔτι βρέφος, ἔτι νέον, | ἔτι θάλος ἐν χερσὶ | ματρὸς, πρὸς στέρνοισί | τ' Ἄργει σκηπτοῦχον Ὀρέσταν.] Vide an legendum,

καὶ νῦν κείνων μέν μοι λάθα. | τὸν δ' Ἄργει δμαθέντα σὲ κλάω, | ξύγγον', ὃν ἔλιπον ἐπιμαστίδιον | ἔτι βρέφος, ἔτι νέον ἔτι θάλος | ἐν χερὶ ματρὸς, πρὸς στέρνοισίν τ'; | Ἄργει σκηπτοῦχον Ὀρέσταν. Ἔτι νέον ἔτι θάλος dictum arbitratur Seidlerus pro ἔτ' ἔτι νέον θάλος, ut ἔτι μιν ἔτι βρέφος v. 1250. Deinde Matthiæ, ἐν χέρσὶν ματρὸς πρὸς στέρνοις τ'. Numerosius est quod dedi, eoque paullo melius, præsertim in penultimo carminis versu. Legitur tamen in fine carminis apud nostrum Ion. 182. Φοίβῳ δουλεύσω, κοὐ λήξω | τοὺς βόσκοντας θεραπεύων.

v. 250. Τοῦ ξυζύγου δὲ τοῦ ξένου τί (*Ald.* τὶ) τοὔνομ' ἦν;] Sensus est, opinor, ὁ δὲ σύζυγος τοῦ ξένου τί ὄνομα εἶχε. Nam ut uterque genitivus ξυζύγου et ξένου ad eandem personam referatur, vix patitur articulus ante ξένου positus. Secus esset, si τοῦ ξένου δὲ τοῦ ξυζύγου dixisset poëta. Ξυζύγου enim adjectivi quodammodo vim obtinet. Nemo autem nescit bene Græcum esse τὸν ἄνδρα τὸν ἀγαθὸν, licet nemo unquam dixerit τὸν ἀγαθὸν τὸν ἄνδρα[1]. Sed legendum arbitror, Τῷ ξυζύγῳ δὲ τοῦ ξένου τί τοὔνομ' ἦν; Rectius enim dicitur τί σοι ὄνομά ἐστι, quam τί σου ὄνομά ἐστι. Noster Iph. A. 827. Λήδας μέν εἰμι παῖς· Κλυταιμνήστρα δέ μοι | ὄνομα· πόσις δέ μούστιν Ἀγαμέμνων ἄναξ. Similiter Hel. 87. Aristophanes Eq. 1257. Pac. 185. 189. Av. 644.

v. 252. ΙΦ. Πῶς δ' εἶδετ' αὐτοὺς, καὶ τυχόντες εἵλετε; | ΒΟΥ. Ἄκραις (*Ald.* ἀκταῖσιν) ἐπὶ ῥηγμῖσιν ἀξένου πόρου.] Legendum videtur Ποῦ pro Πῶς, quod recte legitur v. 256. Ἐκεῖσε δὴ 'πάνελθε, πῶς νιν εἵλετε, | τρόπῳ θ' ὁποίῳ.

v. 260. Ἐπεὶ τὸν εἰσρέοντα διὰ Συμπληγάδων | βοῦς ὑλοφορβοὺς (*Ald.* ὑλοφορβοὶ) πόντον εἰσεβάλλομεν,] Imo, τὸν ἐκρέοντα. Contrarium errorem, ἐκβησόμεσθα pro εἰσβησόμεσθα, contra Marklandum defendere conatur Seidlerus ad v. 98. De confusione literarum κ et ις qui Bastium ad Greg. Cor. pp. 244. 720. consuluerit, plura non requiret.

v. 288. ἡ δ', (*Ald.* ἥδ') ἐκ χιτώνων πῦρ πνέουσα καὶ φόνον, | πτεροῖς ἐρέσσει, μητέρ' ἀγκάλαις ἐμὴν | ἔχουσα, πέτρινον ὄχθον ὡς ἐπεμβάλῃ.] Frustra Marklandus ἐξ ἐχιδνῶν, Mus-

1. Legendum τῷμῷ γ' ἀνδρὶ pro τῷ 'μῷ τἀνδρὶ apud Sophoclem Trach. 445. auctore Schaefero. Vulgatam sine vitii suspicione citat Porsonus ad Hec. 1117.

gravius ἐκ χαλινῶν, *ex labiis.* Frustra etiam vulgatam defendit Seidlerus. Distinguendum videtur, ἡ δ' ἐκ χιτώνων, πῦρ πνέουσα καὶ φόνον, | πτεροῖς ἐρέσσει. Sub χιτώνων latere arbitror nomen loci, unde Furia πτεροῖς ἐρέσσει.

v. 295. ἡμεῖς δὲ συσταλέντες, ὡς θανούμενοι, | σιγῇ καμβ θήμεθ'.] Coll. Victoriana θανούμενοι. *Egregiam hanc lectionem* θαμβούμενοι, inquit Seidlerus, *quæ unice nexui convenit, doleo quod non licuit loco suo reponere.* Tali invento convenit τὸ Δάτιδος μέλος apud Aristophanem, ὡς ἥδομαι καὶ τέρπομαι καὶ χαίρομαι. Græce dicitur θαμβοῦντες ut ταρβοῦντες, non θαμβούμενοι ut φοβούμενοι.

v. 310. ἄτερος δὲ τοῖν ξένοιν, | ἀφρόν τ' ἀπέψα, σώματός τ' ἐτημέλει,] Hinc Hesychius, monente Seidlero: Ἀπέψα. ἀπέμασσεν. Attamen Euripidem scripsisse arbitror ἀπέψη ut ἔζη. Utrumque enim verbum in eorum numero fuit, quæ per η flectebantur. Præsens ψῶ (sic cum litera subscripta recte Matthiæ Gramm. Gr. §. 194. 1.[2]) ut ζῶ legitur apud Sophoclem Trach. 680. infinitivus περιψῆν ut ζῆν apud Aristophanem Eq. 909.

v. 333. πρὸς δ' ἄνακτα τῆσδε γῆς | κομίζομέν νιν. ὁ δ' (*Ald.* ὅδ') ἐσιδὼν, ὅσον τάχος | ἐς (*Ald.* ὡς) χέρνιβάς τε καὶ σφαγεῖ' ἔπεμπέ (*Ald,* σφάγι' ἐξέπεμπέ) σοι.] Suspectum habeo ἐσιδὼν in hoc metro. Caussam suspicionis supra declaravi ad v. 65. Εἰσιδὼν in senario occurrit vv. 108. 269. εἰσιδεῖν vv. 47. 990. (ubi coll. Victoriana ἐσιδεῖν metro repugnante) 1015. Nostro loco scribendum videtur aut εἰσιδὼν δ' pro ὁ δ' ἐσιδὼν, aut una literula mutata ὅδε δ' ἰδὼν. Infra v. 757. mss. et edd. veteres ἐκδώσω pro ἐκσώσω.

v. 340. Θαυμάσῃ' ἔλεξας τὸν φανέν θ', ὅστις ποτὲ (*Ald.* ὅστίς ποτε) | Ἕλληνος ἐκ γῆς πόντον ἦλθεν ἄξενον.] Ita Aldus, et pleræque editt. Male Barnesius Scaligerum secutus Ἕλλην ὃς. Vid. Markl. ad h. l. et Lobeck. ad Ajac. v. 323. p. 272. seq. SEIDLER. Ἕλλην femininum agnoscit grammaticus apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 97. Ἕλλην γυνή. Φιλήμων Παιδαρίῳ. Ἑλλὰς ὁ ἀνήρ. Σοφοκλῆς Αἴαντι Λοκρῷ. Glossa

2. Omnes edd. χρῇ apud Sophoclem El. 35. Recte χρῇ Brodæus ad Euripidis Hel. 523. Apud Æschylum Ag. 1584. ἀποχρῇ pro ἀπόχρη secundum veteres grammaticos proculdubio dabit Blomfieldius.

posterior, quam in indicem Sophocleum retulit Brunckius, vulgatam nostri loci scripturam non defendit. Multum enim interest inter masculinum Ἕλλας et femininum Ἕλλην. Altera magis ad rem esset, si pro Philemone infimæ ætatis comico, tragici alicujus, vel etiam comici veteris et probati, testimonium attulisset grammaticus. Eustathius p. 1077, 31. ἔστι γὰρ κοινὸν καὶ τὸ Ἕλλην, ὡς δηλοῖ τὸ, Ἕλλην ἀληθῶς οὖσα, ὅπερ ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου κεῖται περὶ τῆς τύχης. Vide Athenæum p. 280. E. Verba Ἕλλην ἀληθῶς οὖσα Apollodori Carystii sunt, cujus non multo major auctoritas est quam Philemonis. In tragicorum scriptis hodie manentibus quater legitur Ἕλλην femininum, semel apud Æschylum, ter apud Euripidem. Æschyli locus est Ag. 1263. Καὶ μὴν ἄγαν γ' Ἕλλην' ἐπίσταμαι (ἐπίστασαι Porsonus ex emendatione Marklandi) φάτιν. Verba sunt Casandræ ad chorum, qui respondet, Καὶ γὰρ τὰ Πυθόκραντα. δυσμαθῆ δ' ὅμως. Malim ἐμὴν—φάτιν, meum vaticinium, de cujus obscuritate queritur chorus. Vitium, modo vitium sit, ortum est ex similitudine literarum λλ et μ. Loci Euripidei sunt Iph. T. 341. 495, Heracl. 131. Primo loco mirari subit, si genuina est vulgata, poëtam Ἕλληνος ἐκ γῆς potius quam ἐξ Ἑλλάδος γῆς dixisse, qui Ἑλλάδος ἐκ γᾶς dixerit v. 448. Ἑλλάδος στρατηγίας v. 17. Ἑλλάδος νεὼς vv. 1292. 1345. 1386. Sed legendum videtur Ἑλληνίδος γῆς. Barnesius jam conjecerat Ἑλληνίδος ἐκ γῆς. De altero hujus fabulæ loco infra suo ordine dicetur. Tertius est Heracl. 131: de quo nonnihil jam dixi ad v. 96.

v. 342. Εἶεν. σὺ μὲν κόμιζε τοὺς ξένους μολών. | τὰ δ' ἐνθάδ' ἡμεῖς οἷα φροντιούμεθα.] Pro οἷα Reiskius conjecerat ὅσια vel οἵδε. SEIDLER. Notandum etiam futurum φροντιούμεθα, quæ forma nescio an nusquam alibi occurrat. Activa φροντιεῖ (vulgo φροντίσει) legitur apud Euripidem Tro. 1234. φροντιῶ apud Aristophanem Nub. 125. Miror nemini adhuc in animum venisse indicem verborum conficere, quorum præsens desinit in ω, futurum in μαι. In hac re non semper sibi constant tragici. Ἐπαινέσεται v. c. dixit noster Bacch. 1193. ναυστολήσεται Tro, 1048. Idem tamen ἐπαινέσω Heracl. 301. ναυστολήσεις Suppl. 474. ναυστολήσων Hec. 634.

v. 358. τὴν ἐνθάδ' Αὐλιν ἀντιθεῖσα τῆς ἐκεῖ, | οἳ (*Ald.* οἵ) μ' ὥστε μόσχον Δαναΐδαι χειρούμενοι, | ἔσφαζον.] Recte οὗ μ' Piersonus, Marklandus, Zimmermannus. Loca quæ οἵ μ'

defendere videntur, partim male intellecta sunt, partim corrupta scriptura laborant. Ailegat Seidlerus Sophoclem El. 958. *ποῖ γὰρ μενεῖς ῥάθυμος, εἰς τίν' ἐλπίδων | βλέψασ' ἔτ' ὀρθήν;* Sed ibi *ποῖ* non cum *μενεῖς* sed cum *βλέψασα* construendum esse monuit vir doctus Mus. Crit. L. p. 205. Multis fraudi fuit similis constructio apud nostrum Herc. 1160, *οἴμοι, τί δράσω; ποῖ κακῶν ἐρημίαν | εὕρω, πτερωτὸς, ἢ κατᾶ χθονὸς, μολών;* Ita distinguendum, sublata interrogationis nota, quæ vulgo post *εὕρω* exhibetur. Frustra *ποῦ* reposuit Hermannus, quod rectius reposuisset ejusdem fabulæ v. 74. ubi vulgo legitur, *ποῖ πατὴρ ἄπεστι γῆς;* Neque facile crediderim, Æschylum scripsisse *ποῖ* Κλυταιμνήστρα Cho. 882.

v. 402. *ἔβασαν, ἔβασαν ἄμικτον | αἶαν, ἔνθα κούρα | διατέγγει βωμοὺς | καὶ περὶ κίονας ναῶν αἷμα βρότειον.*] Ἄμικτον recte per ἄξενον explicat Brodæus. SEIDLER. Isocrates Evagora p. 315. ed. Auger. *τὸν δὲ τόπον ἄμικτον ὅλον παραλαβὼν καὶ παντάπασιν ἐξηγριωμένον, ἡμερώτερον καὶ πραότερον κατέστησεν.* Deinde legendum, *ἔνθα κούρᾳ | Διᾷ τέγγει βωμοὺς | καὶ περικίονας ναοὺς αἷμα βρότειον.* Ceterum versus 402. cum sequente asynartetum conficit, quales sunt Archilochi apud Hephæstionem, *Ἐρασμονίδη Χαρίλαε, χρῆμά τοι γελοῖον | ἐρέω, πολὺ φίλταθ' ἑταίρων, τέρψεαι δ' ἀκούων.* Ita Noster Med. 990. *Σὺ δ', ὦ τάλαν, ὦ κακόνυμφε | κηδεμὼν τυράννων.* Hoc exemplum attulit Gaisfordius p. 341.

v. 414. *φίλα γὰρ ἐλπὶς ἐγένετ' ἐπὶ | πήμασι βροτῶν ἄπληστος ἀνθρώποις, | ὄλβου βάρος οἳ φέρονται | πλάνητες ἐπ' οἶδμα πόλεις τε | βαρβάρους περῶντες. | κενόδοξοι (Ald. κοιναὶ δόξαι)· γνώμα | δ' οἷς μὲν ἄκαιρος ὄλβου, | τοῖσδ' εἰς μέσον ἥκει.*] Κενόδοξαι etiam Zimmermannus et Matthiæ, ut legendum censuerant Heathius, Marklandus, et Musgravius, quos fefellit corrupta strophici versus scriptura *διατέγγει* pro *Διᾷ τέγγει*. Cod. E. et edd. recentiores ante Zimmermannum *κεναὶ δόξαι*, quod surpascriptum exhibent liber Put. et coll. Victoriana. Legendum *κεινᾷ δόξᾳ*. Forma poëtica *κεινὸς* hoc uno loco, quod sciam, apud Euripidem legitur. Olim legebatur *κεινὸν* apud Sophoclem Trach. 495. ubi nunc rectius legitur *κενὸν*, metro scilicet utramque formam admittente. Sed *ἐξεκείνωσεν* in senario apud Æschylum Pers. 763. communem formam prorsus excludit. Superiora alii aliter accipiunt. Post *βάρος* distinguunt omnes ante Musgravium, qui verba *ὄλβου*

βάρος οἳ φέρονται reddit *qui divitiarum onus reportant.* Hunc sequuntur Seidlerus et Matthiæ. Rectius alii οἳ φέρονται πλάνητες ἐπ' οἴδμα, *qui feruntur errabundi per fluctus.* Malim autem, φίλα γὰρ ἐλπὶς ἐγένετ' ἐπὶ | πήμασι βροτῶν, ἄπλη-στον (vel potius ἄπλατον) ἀνθρώποις ὄλβου βάρος. Βάρος ἄπλετον, *pondus immensum,* dixit Sophocles Trach. 984. De his formis vid. Piersonus ad Mœrin p. 24. Transeo ad verba γνώμα δ' οἷς μὲν ἄκαιρος ὄλβου, τοῖσδ' εἰς μέσον ἥκει, quæ ab Hermanno ita explicari monet Seidlerus: *sententia aliis est non tenens modum in divitiis, aliis autem moderata.* Ita quoque locum accepisse videtur Matthiæ, qui τοῖς δ' εἰς μέσον ἥκει exhibet. Sed hæc interpretatio postulat ut in priore membro scribatur γνώμα δὲ τοῖς μὲν ἄκαιρος ὄλβου. Locus valde obscurus est, sed, ut mihi quidem videtur, non corruptus[1]. Magna difficultas est in verbis εἰς μέσον ἥκει. Dixit noster Ion. 1557. ὃς εἰς μὲν ὄψιν σφῷν μολεῖν οὐκ ἠξίου, | μὴ τῶν πάροιθε μέμψις εἰς μέσον μόλῃ. Idem loquendi modus, sed nihil inde lucis in nostrum locum.

v. 456. Ἀλλ' οἵδε χέρας δεσμοῖς διδύμοις | συνερεισθέντες, χωροῦσι νέον | πρόσφαγμα θεᾶς. σιγᾶτε, φίλαι. | τὰ γὰρ Ἑλλήνων ἀκροθίνια δὴ | ναοῖσι (*Ald.* ἐν ναοῖσι) πέλας τάδε βαίνει. | οὐδ' ἀγγελίας ψευδεῖς ἔλακεν (*Ald.* λάκε) | βουφορβὸς ἀνήρ. | ὦ πότνι', εἴ σοι τάδ' ἀρεσκόντως &c.] Hæc omnia choro recte tribuunt Seidlerus et Matthiæ. In edd. superioribus Iphigeniæ tribuuntur octo versus, choro quatuor, quorum primus est 463. ὦ πότνι', εἴ σοι τάδ' ἀρεσκόντως. Rectius autem locus procederet, si hæc verba, quibus ad Dianam convertitur oratio, versum catalecticum sine intervallo exciperent. Fortasse legendum, Ἀλλ' οἵδε χέρας δεσμοῖς διδύμας | ξυνερεισθέντες, χωροῦσι νέον | πρόσφαγμα θεᾶς. οὐδ' ἀγγελίας | ψευδεῖς ἔλακεν βουφορβὸς ἀνήρ. | σιγᾶτε, φίλαι. τὰ γὰρ Ἑλλήνων | ἀκροθίνια δὴ | ναοῖσι πέλας τάδε βαίνει. | ὦ πότνι', &c. Schaefero debetur διδύμας.

v. 480. ὡς διὰ μακροῦ μὲν τήνδ' ἐπλεύσατε χθόνα, | μακρὸν δ' ἀπ' οἴκων χρόνον ἔσεσθ' ἀεὶ κάτω.] Frigidam hanc expli-

1. Hoc μὲν, cui nullum respondet δὲ, admonet me ut Sophoclem corrigam Ant. 620. σοφία γὰρ ἔκ του | κλεινὸν ἔπος πέφανται, | τὸ κακὸν δοκεῖν ποτ' ἐσθλὸν | τῷδε μὲν, ὅτῳ φρένας | θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν. Vulgo τῷδ' ἔμμεν.

cationem censet Marklandus, multo tamen frigidiora in ejus locum substituit ἔσεσθ' ἐοίκατε, neque felicius Musgravius αἰ αἰ κάτω. SEIDLER. Musgravium sequitur Zimmermannus. Legendum, ni fallor, ἐκεῖ κάτω. Ita noster Hec. 418. Ἐκεῖ δ' ἐν Ἅιδου κείσομαι χωρὶς σέθεν.

v. 492. Πότερος ἆρ' ὑμῶν ἐνθάδ' ὠνομασμένος | Πυλάδης κέκληται; τόδε μαθεῖν πρῶτον θέλω.] Sensus est, Πότερος ἆρ' ὑμῶν δεῦρο ἀγγέλλεται Πυλάδης ὠνομασμένος; Respicit ad v. 249. Πυλάδης ἐκλήζεθ' ἅτερος πρὸς θατέρου. Legendum autem, ni magnopere fallor, λέλεκται pro κέκληται. Recte λέλεκται cum participio conjungitur. Noster infra v. 1047. Ταυτὸν χεροῖν σοι λέξεται μίασμ' ἔχων.

v. 495. Ποίας πολίτης πατρίδος Ἕλληνος γεγώς;] Conjectura Ἕλλην εἶ γεγὼς numeris nocet. Cf. supra v. 340. SEIDLER. Si vitiosum est Ἕλληνος, proculdubio legendum Ἑλλήνων. Noster Bacch. 20. εἰς τήνδε πρῶτον ἦλθον Ἑλλήνων πόλιν. Ion. 8. ἔστιν γὰρ οὐκ ἄσημος Ἑλλήνων πόλις.

v. 554. ΟΡ. Παῦσαί νυν ἤδη, μήδ' ἐρωτήσῃς πέρα. | ΙΦ. Τοσόνδε γ', εἰ ζῇ (*Ald.* ζῇ) τοῦ ταλαιπώρου δάμαρ, | ΟΡ. Οὐκ ἔστι. παῖς (*Ald.* πῶς) νιν, ὃν ἔτεχ', οὗτος ὤλεσεν. | ΙΦ. Ὦ συνταραχθεὶς οἶκος. ὡς τί δὴ θέλων; | ΟΡ. Πατρὸς θανόντος τήνδε τιμωρούμενος.] Plures versiculos appono, ut videat lector hoc τήνδε prorsus supervacaneum esse. Postulat tragici sermonis indoles, ni fallor, ut in ejus locum substituatur αἷμα vel aliquid ejusmodi. Ita noster supra v. 78. ἐπειδὴ πατρὸς αἷμ' ἐτισάμην, | μητέρα κατακτάς. Alc. 736. εἰ μή σ' ἀδελφῆς αἷμα τιμωρήσεται. Œneo III. ἐγὼ δὲ πατρὸς αἷμ' ἐτιμωρησάμην. Cycl. 691. εἰ μή σ' ἑταίρων φόνον ἐτιμωρησάμην.

v. 559. ΙΦ. Φεῦ. | ὡς εὖ κακὸν δίκαιον εἰσεπράξατο. | ΟΡ. Ἀλλ' οὐ τὰ πρὸς θεῶν εὐτυχεῖ, δίκαιος ὤν.] Etsi Clytæmnestræ cædes jure κακὸν δίκαιον appellari potest, vereor ut huic notioni conveniat media forma εἰσεπράξατο, quod cum δίκαιον conjunctum *pœnas sumere* significare videtur. Id certe significat δίκην πράσσεσθαι apud nostrum Phœn. 1645. Οὐκ ἔννομον γὰρ τὴν δίκην πράσσεσθέ νιν. Legendum suspicor κακὴν, ut sensus sit, ὡς εὖ κακὴν οὖσαν αὐτὴν ἐτιμωρήσατο. Noster Or. 504. κακὴν γὰρ αὐτὴν ἐνδίκως ἡγούμενος, | αὐτὸς κακίων μητέρ' ἐγένετο κτανών. Malim etiam ἐξεπράξατο. Ἐκπράσσειν passim apud Euripidem legitur, εἰσπράσσειν, si Beckio fides habenda est, hoc solo loco. Similem errorem, εἰσεγραψάμην

pro ἐξεγραψάμην, apud Sophoclem Trach. 1169. nemo, quod sciam, adhuc correxit.

v. 566. Κακῆς γυναικὸς χάριν ἄχαριν ἀπώλετο.] Nequeo mihi persuadere ab Euripide profectum esse senarium tam scabrum atque auribus ingratum. Non eum defendunt ii quos attulit Seidlerus ad v. 1387. λαβέσθε, κώπαις τε ῥόθια λευκαίνετε. Nullus enim eorum est, quorum tertius pes dactylus sit aut tribrachys. Licet non valde numerosus sit hujusmodi senarius, ἡ δ' ἀνεβόησεν, Ὦ δρομάδες ἐμαὶ κύνες, longe numerosior est quam, ἡ δ' ἀνεβόησεν, Ἰτὲ δρομάδες ἐμαὶ κύνες. Cujusmodi nullum præter hunc nostrum in tragicorum scriptis offendi. Musgravio placet ἀχάριτ', neutrum plurale adverbii loco. Equidem malim, Κακῆς γυναικὸς χάριν ἀχάριτον ὤλετο. Utramque mutationem, ἀχάριτον scilicet pro ἄχαριν, et ὤλετο pro ἀπώλετο, exemplis confirmare possum. Apud Euripidem Phœn. 1745. in plerisque libris legitur χάριν ἀχάριστον, in paucioribus χάριν ἄχαριν. Neutra lectio recte se habet. Postulat enim metrum ἀχάριτον. Verba χάριν ἀχάριτον dipodiam conficiunt trochaicam. Apud Æschylum Cho. 40. strophen inchoat senarius, Τοιάνδε χάριν ἄχαριν, ἀπότροπον κακῶν. cui respondet in antistropho, Σέβας δ' ἄμαχον, ἀδάματον (sic pro ἀδάμαντον recte Burneius), ἀπόλεμον τὸ πρίν. Repone in priore χάριν ἀχάριτον, et syllabam syllabæ respondentem habebis. Præter hæc tria loca, legendum videtur φόνι' ἀχάριτά θ' pro φόνια χάριτας apud Euripidem Hel. 175. Diversæ sunt ejusdem adjectivi formæ ἀχάριτος et ἀχάριστος, ut ἄγνωτος et ἄγνωστος, ἀδάματος et ἀδάμαστος, ἀθέμιτος et ἀθέμιστος, ἀκόρετος et ἀκόρεστος. Quod ad ἀπώλετο attinet, ejusdem erroris exemplum præbet Sophocles Œd. C. 547. καὶ γὰρ ἄλλους ἐφόνευσα καὶ ἀπώλεσα, | νόμῳ δὲ καθαρὸς ἄϊδρις εἰς τόδ' ἦλθον. Ita Aldus. Turnebus aliique ante Bothium, κἀπώλεσα. Recte Bothius, καὶ ὤλεσα. Nostro loco caussa erroris manifesta est. Scripsit Euripides, ut supra dixi, Κακῆς γυνάικὸς χάριν ἀχάριτον ὤλετο. Librariorum culpa primo factum est χάριν ἄχαριν ὤλετο, deinde, ut versus omnes suos pedes integros haberet, χάριν ἄχαριν ἀπώλετο. Ita fere v. 335. cum semel σφαγεῖ' ἔπεμπέ σοι in σφάγι' ἔπεμπέ σοι corruptum est, non defuit qui scribendo σφάγι' ἐξέπεμπέ σοι versum claudicantem sanasse sibi videretur.

v. 617. ΟΡ. Θύσει δὲ τίς με; καὶ τὰ δεινὰ τλήσεται; |

ΙΦ. Ἐγώ. θεᾶς γὰρ τῆσδε προστροπὴν ἔχω. | ΟΡ. Ἄζηλά γ', ὦ νεᾶνι, κοὐκ εὐδαίμονα.] Frustra olim conjeci προστρόπαι propter neutra pluralia Ἄζηλα et εὐδαίμονα, quæ pendent a subaudito ἔργα. Frustra etiam Bothius Ἄζηλον. Phrynichus apud Bekkerum Anecdot. Gr. p. 4. Ἀνόητά γ', εἰ τοῦτ' ἦλθες ἐπιτάξων ἐμοί. ἀντὶ τοῦ, ἀνόητος εἶ ἐπιτάττων τοῦτο. Ἀττικὸν γὰρ τὸ λέγειν, ἀνόητα εἰ τοῦτ' ἐπιτάξεις. Aristophanes Ran. 489. ΔΙ. Κατέκειτ' ἂν ὀσφραινόμενος εἴπερ δειλὸς ἦν. | ἐγὼ δ' ἀνέστην, καὶ προσέτ' ἀπεψησάμην. | ΞΑ. Ἀνδρεῖά γ', ὦ Πόσειδον.

v. 642. Κατολοφύρομαί σε τὸν χερνίβων | ῥανίσι μελόμενον ῥανίσιν αἱμακταῖς.] Alterum ῥανίσιν addidi ex conjectura, ut metra exæquarem. SEIDLER. Adoptavit hanc conjecturam Matthiæ. Metro melius consultum erit, si legatur, ῥανίσι [βαρβάρων] μελόμενον αἱμακταῖς, ut obiter monui ad Sophoclis Aj. 599. Mus. Crit. I. p. 364. Χερνίβων βαρβάρων ut βάρβαρα φάσγανα Hel. 870. Vel, si mavis, ῥανίσι [δυσσεβῶν] μελόμενον αἱμακταῖς. Idem metrum apud Sophoclem Œd. T. 1314. ἄφατον, ἀδάματόν τε καὶ δυσούριστον. Et apud Euripidem Phœn. 1302. πότερον ἄρα νέκυν ὀλόμενον ἰαχήσω. Herc. 1079. φόνον ὁμοσπόρων ἔμελλες ἐκπράξειν. Prius hemistichium dochmiacum est, alterum ut Suppl. 781. διπλάζεται τιμά.

v. 646. Σὲ δὲ τύχας μάκαρος, ἰὼ (*Ald.* ὦ) νεανία, | σεβόμεθ', εἰς πάτραν ὅτι (*Ald.* ὅτί) ποτ' ἐπεμβάσῃ.] Pro ὦ dedi ἰώ, metri causa. Νεανία trisyllabon est. SEIDLER. Matthiæ etiam ἰὼ νεανία, vereor ut recte. Nam si ἰὼ νεανία scripsisset poëta, hæc verba potius in initio sententiæ quam διὰ μέσου collocaturus fuisse mihi videtur. Mox fortasse legendum, εἰς πάτραν ὅτι πόδ' ἐπεμβάσει. Malim etiam Tro. 455. ποῦ σκάφος τὸ τοῦ στρατηγοῦ; ποῖ πόδ' ἐμβαίνειν με χρή; Usitatissimus loquendi modus βαίνειν πόδα, de quo Porsonus ad Or. 1427. Ita noster Heracl. 169. εἰς ἅντλον ἐμβήσει πόδα. Ibid. 802. ἐκβὰς τεθρίππων Ὕλλος ἁρμάτων πόδα. Omnium consensu Euripidi repræsentatum est πόδ' pro ποτ' Hel. 75. 986. Priore loco legendum etiam πτερῷ pro πέτρῳ.

v. 650. Ἄζηλα τοῖς φίλοισι, θνησκόντων φίλων.] Legendum suspicor, Ἄζηλα τάδε φίλοισι, θ. φ.

v. 658. Πυλάδη, πέπονθας ταυτό, πρὸς θεῶν, ἐμοί;] Veteres Attici, ut alibi monui, libentius ταυτὸν dicebant quam

ταυτό. Malim igitur πέπονθας ταυτὰ, ut in Bacch. 189. Ταυτά μοι πάσχεις ἄρα. Sic etiam Aristophanes Eccl. 339. Νὴ τὸν Ποσειδῶ, τάυτὰ τοίνυν ἀντίκρυς | ἐμοὶ πέπονθας. Epicrates apud Athenæum p. 570. B. πεπονθέναι δὲ ταυτά μοι δοκεῖ | τοῖς ἀετοῖς. Plato Euthyphrone p. 8. D. Οὐκ οὖν ταυτά γε ταῦτα καὶ οἱ θεοὶ πεπόνθασιν, &c. Polit. V. p. 468. D. Πεισόμεθα ἄρα (ἦν δ' ἐγὼ) ταυτά γε Ὁμήρῳ. Pro plurali accipiendum est ταύτ' apud nostrum Ion. 330. πέπονθέ τις σῇ μητρὶ ταύτ' ἄλλη γυνή.

v. 674. Αἰσχρὸν, θανόντος σοῦ (*Ald.* σου), βλέπειν ἡμᾶς φάος. | κοινῇ τ' ἔπλευσα, δεῖ με καὶ κοινῇ θανεῖν.] Reiskius κοινῇ γ' ἔπλευσα. Malim κοινῇ δ' ἔπλευσα. Ceterum nescio an scripserit Euripides, κοινῇ δὲ πλεύσας, δεῖ με καὶ κοινῇ θανεῖν. Ita certe scripsit Hipp. 22. τὰ πολλὰ δὲ | πάλαι προκόψασ', οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ. De hoc nominativi usu videantur scriptores quos allegat Matthiæ Gramm. Gr. §§. 561. 562. In hac tragœdia occurrunt ἀλλάξας v. 193. σωθεὶς v. 695. κτησάμενος v. 696. ἐλθὼν v. 947. εἰπὼν ἀκούσας θ' v. 964.

v. 678. δόξω δὲ τοῖς πολλοῖσι (πολλοὶ γὰρ κακοὶ) | προδούς σε, σώζεσθ' αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος. | ἢ καὶ φονεύσας, ἐπὶ νοσοῦσι δώμασιν | ῥάψαι μόρον σοι σῆς τυραννίδος χάριν, | ἔγκληρον ὡς δὴ σὴν κασιγνήτην γαμῶν.] Versum 679. propter elisam diphthongum merito suspectum habent viri docti. Vide an legendum, προδοὺς σεσῶσθαί σ' αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος. Ita fere noster Ion. 293. Καὶ πῶς ξένος σ' ὢν ἔσχεν οὖσαν ἐγγενῆ; Ibid. 614. κᾆτ' ἢ προδοὺς σύ μ', εἰς δάμαρτα σὴν βλέπῃς, | ἢ τἀμὰ τιμῶν, δῶμα συγχέας ἔχῃς. Digna etiam quæ memoretur mihi videtur Erfurdtii conjectura a Seidlero allata, προδούς σε, σωθεὶς αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος. Verba hoc modo cohærere censet Erfurdtius: σωθεὶς μόνος εἰς οἴκους δόξω τοῖς πολλοῖς ῥάψαι μόρον σοι, προδούς σε, ἢ καὶ φονεύσας. Malim σωθείς τ' ita accipiendum: δόξω τοῖς πολλοῖς ῥάψαι μόρον σοι, [ἢ] προδούς σε, σωθείς τ' αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος, ἢ καὶ φονεύσας.

v. 691. τὸ μὲν γὰρ εἰς ἔμ' οὐ κακῶς ἔχει, | πράσσονθ' ἃ πράσσω πρὸς θεῶν, λύσειν βίον.] Scripti codices λήσειν et λήγειν. Bene Græcum esse λύειν βίον ostendit Marklandus, quem tamen fugit id nostro loco reponendum esse pro λύσειν βίον. Omnes ante Monkium λύσειν pro λύειν. Hipp. 671.

λύσω pro λύω ibid. 1060. Membranæ Brunckianæ λύσω pro λύω etiam v. 1442.

v. 719. *ἀτὰρ τὸ τοῦ θεοῦ γ' οὐ διέφθορέν σε* (*Ald.* διέφθειρέν *μέ*) *πω | μάντευμα. καίτοι γ' ἐγγὺς ἔστηκας* (*Ald.* ἔστηκα) *φόνου.*] Erfurdtius propter Porsoni regulam, quam profert ad Med. 675. legendum putat *καίτοι κἀγγύς*. SEIDLER. Malim, *καίπερ ἐγγὺς ἑστῶτος φόνου*. Ita v. 486. *οὐχ ὅστις Ἅιδην ἐγγὺς ὄντ' οἰκτίζεται, | σωτηρίας ἄνελπις*. Andr. 996. *τοία γὰρ αὐτῷ μηχανὴ πεπλεγμένη | βρόχοις ἀκινήτοισιν ἕστηκεν φόνου.*

v. 760. *τἀνόντα κἀγγεγραμμέν' ἐν δέλτου πτυχαῖς | λόγῳ φράσω σοι πάντ' ἀναγγεῖλαι φίλοις.*] Æschylus Prom. 662. *ἦκον δ' ἀναγγέλλοντες αἰολοστόμους | χρησμούς, ἀσήμους, δυσκρίτως τ' εἰρημένους*. Malim *ἀπαγγεῖλαι* et *ἀπαγγέλλοντες*.

v. 766. *Καλῶς ἔλεξας τῶν θεῶν ἐμοῦ θ' ὕπερ. | σήμαινε δ' ᾧ χρὴ τάσδ' ἐπιστολὰς φέρειν | πρὸς Ἄργος, ὅτι τε χρὴ κλύοντά σου λέγειν.*] Pro *ᾧ* cod. B. *ὡς*: quod vult, opinor, *οἷς*. MARKLAND. Cum his verbis contineatur interrogatio, vitiosum est *σήμαινε δ' ᾧ χρὴ*, nec minus vitiosum *οἷς*, quod Marklando in mentem venit. Reponerem *σήμαινε δ' ὅτῳ χρὴ*, si per metrum liceret. Ita Æschylus Prom. 619. *Σήμηνον ὅστις ἐν φάραγγί σ' ὤχμασε*. Ubi solœcum esset ὃς pro ὅστις. Vulgo quidem legitur in eadem fabula v. 946. *πατὴρ ἄνωγέ σ' οὔστινας κομπεῖς γάμους | αὐδᾶν, πρὸς ὧν τ' ἐκεῖνος ἐκπίπτει κράτους*. Sed proculdubio legendum aut *πρὸς ὧν γ' ἐκεῖνος*, quod in uno codice reperitur, aut *πρὸς ὧν ἐκεῖνος* utraque particula deleta. Sensus est, ut alibi monui, *quænam sint hæ nuptiæ, quæ eum regno pulsuræ sint*. Nostro loco si recte bis legitur *χρὴ*, aut *σήμαινε τῷ* aut *σήμαιν' ὅτῳ* scribendum.

v. 777. *Πυλάδη, τί λέξω; ποῦ ποτ' ὄνθ' εὑρήμεθα;*] Mavult Marklandus *εὑρήμεθον* ob præcedens *ὄντε*. Non opus. Vid. Matthiæ Gramm. Gr. §. 300. p. 417. SEIDLER. Marklando obsecutus est Zimmermannus. Primam personam dualem veteribus ignotam fuisse monui ad Aristophanis Ach. 733. p. 127. Utar hujus opportunitate loci ad eam quæstionem paullo accuratius tractandam. Apud veteres et probatos scriptores[1] primam

1. In horum numero non est habendus Athenæus, qui Pompeionum

personam dualem ter offendi, semel apud Homerum, bis apud Sophoclem. Homerus Il. Ψ. 485. δεῦρό νυν ἦ τρίπσδος περιδώμεθον, ἠὲ λέβητος. *Cum metri injuria*, inquit Heynius, *legerunt nonnulli* περιδώμεθα ἠὲ λ. *Sic Barocc. Harl. Townl. un. Vindob. et Schol. Aristoph. Acharn.* 771. *Eq.* 788. *Nub.* 644. Sic etiam Hesychius vv. Δεῦρο et Περιδώμεθα, aliique. Metro cautum erit, si scribatur cum elisione περιδώμεσθ'. Loci Sophoclei sunt Phil. 1079. νὼ μὲν οὖν ὁρμώμεθον. | ὑμεῖς δ', ὅταν καλῶμεν, ὁρμᾶσθαι ταχεῖς. El. 948. παρουσίαν μὲν οἶσθα καὶ σύ που φίλων | ὡς οὔτις ἡμῖν ἐστιν, ἀλλ' Αἴδης λαβὼν | ἀπεστέρηκε, καὶ μόνα λελείμμεθον. Utrobique id ipsum fecisse videntur librarii, quod nostro loco factum voluit Marklandus. Propter nominativos duales νὼ et μόνα verba pluralia in dualia mutarunt. Primam personam pluralem nominativo duali conjungit Sophocles Ant. 58. νῦν δ' αὖ μόνα δὴ νὼ λελειμμένα, σκόπει | ὅσῳ κάκιστ' ὀλούμεθ', εἰ νόμου βίᾳ | ψῆφον τυράννων ἢ κράτη παρέξιμεν. Sic etiam Euripides Or. 1060. ἀλλ' εἶ ὅπως γενναῖα κἀγαμέμνονος | δράσαντε κατθανούμεθ' ἀξιώτατα. Hel. 1065. εἶτα πῶς ἄνευ νεὼς | σωθησόμεσθα κενοταφοῦντ' ἐμὸν δέμας; Ibid. 1101. αἰτούμεθ', ὀρθὰς ὠλένας πρὸς οὐρανὸν | ῥίπτονθ', ἵν' οἰκεῖς ἀστέρων ποικίλματα. El. 1241. δεινὸν δὲ ναὸς ἀρτίως πόντου σάλον | παύσαντ', ἀφίγμεθ' Ἄργος. Aristophanes Av. 4. ἀπολούμεθ', ἄλλως τὴν ὁδὸν προφορουμένω. Ibid. 43. κανοῦν δ' ἔχοντε καὶ χύτραν καὶ μυρρίνας, | πλανώμεθα, ζητοῦντε τόπον ἀπράγμονα, | ὅπου καθιδρυθέντε διαγενοίμεθ' ἄν. Ibid. 120. ταῦτ' οὖν ἱκέται (malim ἱκέτα) νὼ πρὸς σὲ δεῦρ' ἀφίγμεθα. Ibid. 650. ξυνεσόμεθ' ὑμῖν πετομένοις οὐ πετομένω. Ibid. 664. καὶ νὼ θεασώμεσθα τὴν ἀηδόνα. Plut. 445. Καὶ μὴν λέγω. δεινότατον ἔργον παραπολὺ | ἔργων ἁπάντων ἐργασόμεθ', εἰ τὸν θεὸν | ἔρημον ἀπολιπόντε ποι φευξούμεθα, | τηνδὶ δεδιότε, μηδὲ διαμαχούμεθα. Propter nominativum dualem ἀπολιπόντε in ed. Flor. a. 1525. φευξούμεθον reposuit Ant. Fracinus, relicto tamen διαμαχούμεθα v. seq.

---

num quendam Philadelphensem ita loquentem inducit p. 98. A. Στρομβιχίδη, κόμιζέ μοι ἐπὶ τὸ γυμνάσιον τὰς βλαύτας τὰς ἀφορήτους, καὶ τὴν ἐφεστρίδα τὴν ἄχρηστον. ἐγὼ γὰρ ὑποδησάμενος τὸν πώγωνα, προσαγορεύσω τοὺς ἑταίρους. ὀπτὸς γάρ ἐστί μοι τάριχος. κόμιζε δὲ τοῦ ἐλαίου τὴν λήκυθον. πρότερον γὰρ συντριβησόμεθον, ἔπειθ' οὕτως ἀπολούμεθον.

v. 806. ΙΦ. Ἀλλ' ἡ Λάκαινα Τυνδαρὶς σ' ἐγείνατο; | ΟΡ. Πέλοπός γε (*Ald.* τε) παιδὶ παιδὸς ἐκπέφυκ' ἐγώ.] Græce non dicitur ἐκπέφυκα παιδί. Legendum conjeceram aut Πέλοπός γε παιδὶ παιδὸς ἐξέφυσέ με, aut Πέλοπός γε παιδὶ παιδὸς, οὗ πέφυκ' ἐγώ. In hanc conjecturam incidit etiam Seidlerus. Fortasse scripsit Euripides οὗ 'κπέφυκ' ἐγώ.

v. 824. ἣν χερσὶ πάλλων, παρθένον Πισάτιδα (*Ald.* πισσάτιδα) | ἐκτήσαθ' Ἱπποδάμειαν, Οἰνόμαον κτανὼν,] Noster Med. 384. κράτιστα τὴν εὐθεῖαν, ἣ πεφύκαμεν | σοφαὶ μάλιστα, φαρμάκοις αὐτοὺς κτανεῖν. Sic Aldus et omnes deinceps ante Brunckium, qui e Lascari revocavit ἑλεῖν pro κτανεῖν, genuinam lectionem pro interpretatione. Nostro loco legendum videtur Οἰνόμαον ἑλὼν, tum propter Pindari verba Olymp. I 142. Ἕλεν δ' Οἰνομάου βίαν, παρθένον τε σύνευνον, quæ fortasse respexit Euripides; tum propter anapæstum, cui paucissimi similes apud tragicos occurrunt. De hac re audiendus Porsonus Præfat. ad Hec. p. xxv. *Euripides etiam in* Νεοπτόλεμος, Ἱππόλυτος, Ταυροπόλος, *tres ultimas syllabas anapæstum fecit, quod tamen in genitivis et dativis meliori jure fecisse videtur, quam in nominativis et accusativis.* Nominativus Ἱππόλυτος sexies, accusativus Ἱππόλυτον quater in cognomine fabula occurrit, uterque semper ante vocalem, ut videtur scilicet anapæstus. Sic etiam Ταλθύβιος Hec. 503. 727. Or. 886. Iph. A. 1563. Tro. 238. 621. Ταλθύβιον Iph. A. 95. et similia passim. Νεοπτόλεμος ante consonam bis legitur. Or. 1654. γῆμαι πέπρωταί σ' Ἑρμιόνην. ὃς δ' οἴεται | Νεοπτόλεμος γαμεῖν νιν, οὐ γαμεῖ ποτε. Tro. 1126. αὐτὸς δ' ἀνῆκται Νεοπτόλεμος, καινάς τινας | Πηλέως ἀκούσας ξυμφοράς, &c. Prior locus tum propter anapæstum suspiciosus est, tum quia Νεοπτόλεμος sine crasi duarum primarum syllabarum alibi apud tragicos non occurrit. Altero reponendum videtur δεσπότης, quemadmodum in Med. 58. δεσποίνης pro Μηδείας e Lascari revocavit Porsonus. Loquitur enim Neoptolemi famulus, cujus ῥῆσις male vulgo Talthybio tribuitur. De Ταυροπόλον vide suo loco ad v. 1457. Addere poterat Porsonus Ἐριχθόνιος. Ion. 267. ΙΩ. Ἐκ γῆς πατρὸς σοῦ πρόγονος ἔβλαστεν πατήρ; ΚΡ. Ἐριχθόνιός γε. τὸ δὲ γένος μ' οὐκ ὠφελεῖ. Conjecturam meam de hoc loco in Censurâ Edinburgensi XIX. p. 70. propositam, Ἐριχθονίου γε subaudito ἔκγονός εἰμι, non magni facio. Postea in mentem venit Ἐρεχθέως γε. Sed ne hoc

quidem magnopere placet. Huc refer etiam Ἰλιάδι El. 4. ubi sine dubio legendum, κτείνας δὲ τὸν κρατοῦντ' ἐν Ἰδαίᾳ χθονὶ &c. Ita Sophocles Aj. 434. ὅτου πατὴρ μὲν τῆσδ' ἀπ' Ἰδαίας χθονὸς, &c.[1] Plura hujus licentiæ exempla apud Euripidem non occurrunt, quem solum e tragicis eam usurpare innuunt Porsoni verba supra allata. Legitur quidem apud Æschylum Prom. 838. χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς, | σαφῶς ἐπίστασ', Ἰόνιος κεκλήσεται. Sed Ἰόνιος primam syllabam in hoc metro corripere videtur. Producit quidem in metro dactylico, sed ex necessitate, propterea quod hoc metrum tres breves syllabas deinceps positas non admittit. Idem obtinere in ἰσόθεος, Ἰταλία, Διογενὴς, aliisque multis hujus formæ vocibus, nemo nescit.

v. 828. ἔχω σ' Ὀρέσταν (*Ald.* Ὀρέστα) τηλύγετον χθονὸς ἀπὸ πατρίδος, | Ἀργόθεν, ὦ φίλος.] Malim, ἔχω σ', Ὀρέστα, τηλόθεν | χ. ἀ. π. Animo scribæ obversabantur Agamemnonis verba Il. I. 142. τίσω δέ ἑ ἶσον Ὀρέστῃ, | ὅς μοι τηλύγετος τρέφεται θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ. Adjectivum τηλύγετος hoc uno loco, si bene memini, apud Atticos poëtas occurrit.

v. 837. ΟΡ. Ὦ κρεῖσσον ἢ λόγοισιν εὐτυχῶν ἐμοῦ. | ΙΦ. Ψυχά, τί φῶ; θαυμάτων πέρα καὶ λόγου | πρόσω τάδ' ἀπέβα (*Ald.* ἐπέβα).] Hæc omnia vulgo Iphigeniæ tribuuntur. Plerique etiam distinctionem post ἐμοῦ, quam exhibet Aldina, non agnoscunt. Si verbis ἐμοῦ ψυχὰ Orestem compellat Iphigenia, quæ quidem omnium fere interpretum sententia est, masculinum εὐτυχῶν defendi potest ex Æschylo Cho. 893. Οἵ 'γὼ, τέθνηκας, φίλτατ' Αἰγίσθου βία. Non opus igitur Bothii conjectura εὐτυχοῦσ' ἐμὰ ψυχὰ, quam adoptavit Zimmermannus. Sed

1. Euripides Hel. 27. τοὐμὸν δὲ κάλλος, εἰ καλὸν τὸ δυστυχὲς, | Κύπρις προτείνασ' ὡς Ἀλέξανδρος γαμεῖ, | νικᾷ. λιπὼν δὲ βούσταθμ' Ἰδαῖος Πάρις, | Σπάρτην ἀφίκεθ', ὡς ἐμὸν σχήσων λέχος. Quis non reponeret Ἰδαῖα, si per metrum liceret? Scripsit poëta, ni fallor, βούσταθμ' Ἰδαίας χθονός. Nomen proprium Πάρις e margine in textum irrepsit, ut, Ἰφιγένειαν apud Æschylum Ag. 1535. Ὀρέστου apud Euripidem Or. 1016. Καπανεὺς Phœn. 186. Φοῖβον Iph. T. 1237. Τροία Tro. 825. τοῦ Πενθέως Bacch. 1153. Ἥρα Hel. 247. 681. et alia. Cum versus jam septem pedibus incederet, Ἰδαῖος Πάρις pro Ἰδαίας χθονὸς Πάρις non male reposuit aliquis rei metricæ peritus. Ἰδαῖος appellatur Paris apud Euripidem Or. 1364. Andr. 707. Iph. A. 1289.

locus corruptus est, itaque, ni fallor, sanandus: Ὦ κρεῖσσον ἢ λόγοισιν εὐτυχῶν τύχαι. | τί φῶ; &c. Plurale τύχαι potius quam singulare τύχα repræsentandum arbitror, quia coll. Victor. et Musgravii liber Put. ψυχᾷ exhibent. Εὐτυχῶν non est nominativus singularis, sed genitivus pluralis, cujus interpretatio ἐμοῦ, ut fieri solet, in textum irrepsit. Ex hac interpretatione colligo vulgatam scripturam ψυχὰ etiam in exemplari fuisse quo usus est interpres. Alioqui ἡμῶν potius quam ἐμοῦ super εὐτυχῶν scripsisset. Sæpissime permutantur ψυχὴ et τύχη, monente præter alios Schaefero Meletem. Crit. p. 117. Alterum exemplum apud Euripidem occurrit Suppl. 622. Quod in eadem fabula v. 844. legitur, κρείσσον᾽ ἢ λέξαι λόγῳ, cum verbis κρεῖσσον ἢ λόγοισιν comparant Musgravius aliique.

v. 852. Ἐγὼ δ᾽ ἃ μέλεος (*Ald.* ἐγὼ μέλεος) οἶδ᾽ ὅτε φασγανον | δέρᾳ (*Ald.* δέρα) θῆκέ μοι μελεόφρων πατήρ.] Jacobsio placet δέρᾳ θῆγέ μοι. Equidem malim δέρᾳ φῆκέ μοι. Noster Hec. 1128. μέθες μ᾽ ἐφεῖναι τῇδε μαργῶσαν χέρα. Med. 633. μήποτ᾽, ὦ δέσποιν᾽, ἐπ᾽ ἐμοὶ χρυσέων | τόξων ἐφείης, | ἰμέρῳ χρίσασ᾽, ἄφυκτον οἰστόν.

v. 866. Εἰ σόν γ᾽ ἀδελφὸν, ὦ τάλαιν᾽, ἀπώλεσας.] Ἀπώλεσας verte *occidisses*. SEIDLER. Recte. Subauditur enim δι᾽ ὀδύνας ἂν ἔβας, aut tale quid. Noster Ion. 961. Εἰ παῖδά γ᾽ εἶδες χεῖρας ἐκτείνοντά μοι. Phœn. 1356. Εἰ καὶ τὰ πρὸς τούτοισιν εἰδείης κακά. Ubi supplet schol. τί ἐρεῖς; ἢ τριτάλας γένοιο, δηλονότι.

v. 884. πότερον κατὰ χέρσον, οὐχὶ ναΐ, | ἀλλὰ ποδῶν ῥιπᾷ | θανάτῳ πελάσεις ἄρα, βάρβαρα φῦλα | καὶ δι᾽ ὁδοὺς (*Ald.* διόδους) · ἀνόδους στείχων᾽] Marklandus conjicit ἀνὰ [βάρβαρα φῦλα], quod olim mihi placebat. Sed in vulgata nulla est offensio. SEIDLER. Zimmermannus παρὰ βάρβαρα φῦλα. Equidem Marklando assentior. Ceterum metrum hujus versus et sequentis iterum occurrit apud nostrum Herc. 1016. Ὁ φόνος ἦν, ὃν Ἀργολὶς ἔχει πάτρα, | τότε μὲν περισαμότατος καὶ ἄριστος | Ἑλλάδι, τῶν Δανάου (ita Hermannus pro τῶν τοῦ Δ.) παίδων. Sic etiam, modo duæ syllabæ suppleantur, Hel. 697. Ὦ πᾶν κατ᾽ ἄκρας δῶμ᾽ ἐμὸν πέρσας Πάρις, | τάδε καὶ σὲ διώλεσε, μυριάδας τε | χαλκεόπλων Δαναῶν [πολλάς][1].

1. Paullo ante v. 676. legendum, Ὁ Διὸς, ὁ Διὸς, ὦ πόσι, Μαίας τε

v. 912. Οὐδέν μ' ἐπίσχει γ', οὐδ' ἀποστήσει (*Ald.* ἀπιστήσει) λόγου, | πρῶτον πυθέσθαι, τίνα (*Ald.* τιθέσθαι τινά) ποτ' Ἠλέκτρα πότμου | εἴληχε βιότου. φίλα γὰρ ἔσται πάντ' ἐμοί.] Codd. Pariss. omnes ἐπίσχῃ et ἀποστήσῃ, quod satis inconsiderate Marklandus recepit. SEIDLER. Coll. Victoriana ἐπίσχῃ et ἀτοστήσει. Latet hic aliquid, quod indagare nondum potui. Non male legeretur, Οὐ μή μ' ἐπίσχῃ γ', οὐδ' ἀποστήσει λόγου. In priore membro haud raro legitur οὐ μὴ cum subjunctivo, in posteriore οὐ cum futuro. Ita Sophocles Œd. C. 450. ἀλλ' οὔτε μὴ λάχωσι τοῦδε συμμάχου, | οὔτε σφιν ἀρχῆς τῆσδε Καδμείας[1] ποτὲ | ὄνησις ἥξει. El. 42. οὐ γάρ σε μὴ γήρᾳ τε καὶ χρόνῳ μακρῷ | γνῶσ', οὐδ' ὑποπτεύσουσιν ὧδ' ἠνθισμένον. Ubi Turnebi scriptura οὐδ' ὑποπτεύσωσιν non minus sólœcam reddit orationem, quam si metro permittente μηδ' ὑποπτεύσουσιν reposuisset. Οὐ μὴ cum οὐδὲν confusum alibi non reperi. Cum οὐκ ἂν apud nostrum Suppl. 1069. Ὅμοιον. οὐ γὰρ ἂν κίχῃς μ' ἐλὼν χερί. Ita solœce Aldus. Facillima emendatio est κίχοις. Sed codices Parisienses οὐ γὰρ μὴ præbent, quod in contextum recepit Marklandus. Idem non male conjecit nostro loco φίλα γάρ ἐστι ταῦτ' ἐμοί, *cùpio enim hoc scire.*

v. 916. ΙΦ. Οὗτος δὲ πυδαπὸς, καὶ τίνος πέφυκε παῖς; | ΟΡ. Στρόφιος ὁ Φωκεὺς τοῦδε κλῄζεται πατήρ. | ΙΦ. Ὃδ' ἐστί γ' Ἀτρέως θυγατρὸς, ὁμογενὴς ἐμός (*Ald.* ἐμοί); | ΟΡ. Ἀνεψιός γε, μόνος ἐμοὶ σαφὴς φίλος.] Lego, Εἰ δ' ἐστὶ γ' Ἀτρέως θυγατρὸς (vel. παιδὸς), ὁμογενὴς ἐμός (vel ἐμοί). *Imo vero, si ex Atrei filia natus est, consanguineus meus est.* Mox dicit v. 920. Οὐκ ἦν τόθ' οὗτος, ὅτε πατὴρ ἔκτεινέ με. Idem supra dixerat v. 60. Στροφίῳ γὰρ οὐκ ἦν παῖς, ὅτ' ὠλλύμην ἐγώ. Fieri igitur potuit, ut post ejus e Græcia discessum, non ex Agamemnonis sorore, sed ea mortua aut repudiata, ex alia uxore Pyladem genuerit Strophius. Recte igitur illum ea conditione consanguineum appellat, si ex amita sua natus est.

τε παῖς | ἐπέλασεν Νείλῳ. Vulgo desunt duo verba Μαίας τε, quæ non minus sententiæ quam metro necessaria sunt. Altero loco non male legeretur, μυριάδας τε | χαλκεόπλων Δαναῶν ψυχάς. Μυριάδας ψυχὰς, ut μυριάδας πόλεις apud incertum Rhes. 913. Vide an scripserit Euripides Bacch. 744. μυριάσι χερσὶν (vulgo χειρῶν) ἀγόμενοι νεανίδων.

1. Malim ἀρχῆς τῆσδε Καδμείοις, *imperii hujusce in Thebanos.* Homerus Od. A. 70. ἀντίθεον Πολύφημον, ὅου κράτος ἐστὶ μέγιστον | πᾶσι Κυκλώπεσσι.

v. 930. Ἦ που νοσοῦντας θεῖος ὕβρισεν δόμους;] Νοσοῦντας δόμους, ni fallor, accusativus absolutus est, de quo Hermannus ad Vigerum n. 328. Matthiæ Gramm. Gr. §. 562. 3. aliique, præter mea ad Heracl. 693. Allegat Matthiæ Sophoclem Œd. C. 1119. Ὦ ξεῖνε, μὴ θαύμαζε, πρὸς τὸ λιπαρὲς | τέκν' εἰ φανέντ' ἄελπτα μηκυνῶ λόγον. Addo Euripidem Or. 694. ὅταν γὰρ ἠβᾷ δῆμος εἰς ὀργὴν πεσών, | ὅμοιον, ὥστε πῦρ κατασβέσαι λάβρον. | εἰ δ' ἡσύχως τις αὐτὸν ἐντείνοντα μὲν | χαλῶν ὑπείκοι, καιρὸν εὐλαβούμενος, | ἴσως ἂν ἐκπνεύσει'. ὅταν δ' ἀνῇ πνοάς, | τύχοις ἂν αὐτοῦ ῥᾳδίως, ὅσον θέλοις. Aldus αὐτῷ ἐντείνοντι habet, nonnulli MSS. αὐτὸς ἐντείνοντι, Stobæus αὐτὸν ἐντείνοντι. Hanc scripturam una litera mutata adoptare debebat Porsonus, potius quam Brunckii conjecturam αὐτῷ τις pro τις αὐτῷ. Alterum ejusdem constructionis exemplum præbet eadem tragœdia paullo post v. 800. ποῦ γὰρ ὢν δείξω φίλος, | εἰ σε μὴ 'ν δεινοῖσιν ὄντα συμφοραῖς ἐπαρκέσω; Sic etiam noster Suppl. 327. ὡς οὔτε ταρβῶ ξὺν δίκῃ σ' ὀρμώμενον. Aristophanes Eq. 783. ἐπὶ ταῖσι πέτραις οὐ φροντίζει σκληρῶς σε καθήμενον οὕτως. Ita passim Attici, quibus præivit Homerus Il. Ψ. 144. Σπερχεῖ, ἄλλως σοί γε πατὴρ ἠρήσατο Πηλεύς, | κεῖσέ με νοστήσαντα φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν, | σοί τε κόμην κερέειν, ῥέξειν θ' ἱερὴν ἑκατόμβην. Quæ verba ita Latine reddita video: *Sperchie, frustra tibi utique pater vovit Peleus, illuc me reversum dilectam in patriam terram, tibique comam abscissurum, mactaturumque sacram hecatombeu.* Imo, *illuc me reverso* &c. *tibique* meam *comam* se *abscissurum*, &c. Hanc enim interpretationem postulat futurum activum κερέειν. Accusativus με νοστήσαντα pendet a subaudito ὁρῶν. Idem nostro loco obtinet, et in ceteris hujus constructionis exemplis. Ita etiam Sophocleum locum σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω Aj. 136. similesque explicant viri docti, quos laudat Matthiæ Gramm. Gr. §. 551. p. 799.

v. 931. ΟΡ. Οὔκ, ἀλλ' Ἐρινύων δεῖμά μ' ἐκβάλλει χθονός. | ΙΦ. Ταῦτ' ἆρ' ἐπ' ἀκταῖς κἀνθάδ' ἠγγέλης μανείς. (*Ald. μανείς*;)] Legendum ἠγγέλθης auctore Porsono ad Hec. 666. ubi libri nonnulli ἀπηγγέλη pro ἀπηγγέλθη. Frustra autem Bothius ἐνθάδ' sine καὶ, quod etiam si nihil significaret, post ταῦτα pro διὰ ταῦτα usurpatum retineri posset. Noster Ion. 346. Οὐκ οἶδεν οὐδείς. ταῦτά καὶ μαντεύομαι. Sed ἐπ' ἀκταῖς

κἀνθάδ' valet *hic etiam in littore*. Copula ad superiorem versum respicit.

v. 934. ΙΦ. Ἔγνωκα. μητρός σ' (*Ald.* μητρὸς) οὕνεκ' ἠλάστρουν θεαί. | ΟΡ. Ὥσθ' αἱματηρὰ στόμι' ἐπεμβαλεῖν ἐμοί.] Si scripti codices στόμι' ἐμβαλεῖν præberent, libentius στόμιά γ' ἐμβαλεῖν reponerem quam στόμι' ἐπεμβαλεῖν. Nam convenientius videtur ἐμβαλεῖν quam ἐπεμβαλεῖν. Noster infra v. 1423. οὐκ εἶα, πῶλοις ἐμβαλόντες ἡνίας, | παράκτιοι δραμεῖσθε; Alc. 495. Οὐκ εὐμαρὲς χαλινὸν ἐμβαλεῖν γνάθοις. Deinde particula γε minime otiosa est. Æschylus Aj. 550. Ὥστ' ἐνδακρύειν γ' ὄμμασιν χαρᾶς ὕπο. Euripides Hec. 246. Ὥστ' ἐνθανεῖν γε σοῖς πέπλοισι χεῖρ' ἐμήν. Or. 1122. Ὥστ' ἐκδακρῦσαί γ' ἔνδοθεν κεχαρμένην. Phœn. 1353. Ὥστ' ἐκδακρῦσαί γ', εἰ φρονοῦντ' ἐτύγχανεν. Cycl. 216. Ὥστ' ἐκπιεῖν γέ σ', ἢν θέλῃς, ὅλον πίθον. Hel. 107. Ὥστ' οὐδ' ἴχνος γε τειχέων εἶναι σαφές. El. 273. Ὥστε στέγειν γε ταμὰ καὶ σ' ἔπη καλῶς. Ibid. 667. Ὥστ' αὐτά γ' (vulgo Ὡς ταῦτά γ') ἐκ σοῦ στόματος εἰρῆσθαι δοκεῖν. Nec tamen desunt exempla in quibus omittatur γε. Sophocles Trach. 629. Ὥστ' ἐκπλαγῆναι τοὐμὸν ἡδονῇ κέαρ. Euripides Alc. 1087. Ὥστ' ἄνδρα τόνδε μηκέθ' ἥδεσθαι βίῳ. Non addo Æschylum Pers. 244. Euripidem Heracl. 675. Hel. 1285. Abest quidem ab his γε, sed recte abest, propter particulas quibus respondetur πῶς et πόσον.

v. 937. ΟΡ. Φοίβου κελευσθεὶς θεσφάτοις ἀφικόμην. | ΙΦ. Τί χρῆμα δράσειν; ῥητὸν, ἢ σιγώμενον;] Græce non dicitur κελευσθεὶς δράσειν. Stare posset δράσων, ἀφικόμην scilicet. Sed proculdubio legendum δρᾶσαι. Noster Ion. 1347. ΠΥ. Ἐνθύμιόν μοι τόδε τίθησι Λοξίας. | ΙΩ. Τί χρῆμα δράσειν; λέγε, πέραινε σοὺς λόγους. *Malim* δράσαι, inquit Musgravius, *ut mox* σῶσαι.

v. 940. ἐπεὶ τὰ μητρὸς ταῦθ', ἃ σιγῶμεν, κακὰ | εἰς χεῖρας ἦλθε, μεταδρομαῖς Ἐριννύων | ἠλαννόμεσθα φυγάδες, ἔνθεν μοι πόδα | εἰς τὰς Ἀθήνας δή γ' ἔπεμψε Λοξίας, | δίκην παρασχεῖν ταῖς ἀνωνύμοις θεαῖς.] Aut mediam aut plenam distinctionem post φυγάδες habent pleræque editiones. Recte minimam Barnesiana. Ἔνθεν hic valet ἐκεῖσε (εἰς Δελφοὺς scilicet) ἔνθεν. Ita noster Herc. 960. ἀπέρρων δ', ἔνθεν ἦλθες ἐνθάδε, | ὕβριζ'. El. 635. Στείχων, ὅθεν σε βουθυτῶν ἐσό-

ψεται Legendum autem ἔνθεν μου πόδα. Sic enim loquuntur tragici. Noster Med. 144. διά μου κεφαλᾶς φλὸξ οὐρανία | βαίη. Hipp. 1030. καὶ μήτε πόντος μήτε γῆ δέξαιτό μου | σάρκας θανόντος, εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ. Ibid. 1352. διά μου κεφαλᾶς ἄσσουσ' ὀδύναι. Ibid. 1458. κρύψον δέ μου πρόσωπον ὡς τάχος πέπλοις. Alc. 881. Ἔμνησας ὅ μου φρένας ἤλκωσεν. Heracl. 736. Οὐκ οὖν ὁρᾷς μου κῶλον ὡς ἐπείγεται; Herc. 1231. Τί δῆτά μου κρᾶτ' ἀνεκάλυψας ἡλίῳ; El. 184. σκέψαι μου πιναρὰν κόμαν. Deinde δῆτ' pro δή γ' Scaliger, improbante Seidlero. Recte quidem δῆτα pro δή γε repositum est apud Euripidem Iph. A. 1207. Herc. 1146. Sed nostro loco neutrum horum magnopere mihi arridet. Multo minus placet Reiskii conjectura, εἰς τὰν Ἀθηνᾶς πόλιν ἔπεμψε Λοξίας. Legendum videtur aut δὴ ἐξέπεμψε, aut ἐξέπεμψε omisso δή, quod sæpe librariorum culpa in tragicorum scriptis apparet. Ἐξέπεμψε pro simplici ἔπεμψε usurpat noster El. 1282. Ζεὺς δ', ὡς ἔρις γένοιτο καὶ φόνος βροτῶν, | εἴδωλον Ἑλένης ἐξέπεμψ' εἰς Ἴλιον. Sed nostro loco significat ἔπεμψεν ἐκ τοῦ ναοῦ, ut apud Sophoclem Œd. T. 787. λάθρᾳ δὲ μητρὸς καὶ πατρὸς πορεύομαι | Πυθώδε. καί μ' ὁ Φοῖβος ὧν μὲν ἱκόμην | ἄτιμον ἐξέπεμψεν, &c.

v. 991. θέλω δ' ἅπερ σύ· σέ (*Ald.* σοί) τε μεταστῆσαι πόνων (*Ald.* πόνον), | νοσοῦντά τ' οἶκον, οὐχὶ τῷ κτανόντι (*Ald.* κτανοῦντί) με | θυμουμένη, πατρῷν ὀρθῶσαι θέλω.] Heathio et Marklando debetur κτανόντι. Rectius esset κτείνοντι, ut ἐκαινόμην v. 27. ἔσφαζον v. 360. Legitur quidem ἔσφαξεν v. 8. sed quod sequitur, ὡς δοκεῖ, efficit ut aoristus imperfecti significationem accipiat. Veruntamen nescio an recte se habeat futuri participium. Verba τῷ κτενοῦντί με *illi qui me interfecturus erat* reddi possunt. Mox Marklandi conjectura ὀρθῶσαι πάλιν valde speciosa est.

v. 1010. ἄξω (*Ald.* ἤξω) δέ γ', ἥπερ καὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω, | πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ (*Ald.* εἴ σου) κατθανὼν μενῶ μέτα.] Locum a multis sollicitatum ita in notis refingit Seidlerus: ἄξω δέ σ', ἥπερ (supplet ἂν ὁδὸν) καὐτὸς ἐντεῦθεν περῶ | πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κ. μ. μ. Matthiæ ex emendatione Marklandi, ἄξω δή σ', ἥπερ μὴ ὑτὸς ἐνταυθοῖ πέσω, | πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κ. μ. μ. Olim emendabam ἥπερ μὴ αὐτὸς ἔμπροσθεν πέσω. Sed ἔμπροσθεν apud Euripidem non legitur. Recte ἐντεῦθεν Seidlerus, cujus verba sunt: Ἐντεῦθεν *et* ἐνταῦθα *quam facile*

confundantur, discere licet ex Gregor. Corinth. p. 807. *Schaef. Nostro loco pro ἐνταῦθα metrum invexerat ἐνταυθοῖ*[1]. Addere poterat, Attice non dici ἐνταυθοῖ, sed ἐνταυθί, ut ἐνθαδί, ἐντευθενί, δευρί, et similia. Quæ omnia a tragico sermone aliena esse satis notum est. Vide an legendum, ἄξω δέ σ', ἥνπερ καὐτὸς ἐντεῦθεν φύγω, | πρὸς οἶκον, ἢ σου κ. μ. μ.

v. 1042. ΟΡ. Ποῖ δῆτα πόντου; νοτερὸν εἶπας (*Ald.* πόντου νοτερὸν εἶπεν) ἔκβολον; | ΙΦ. Οὗ ναῦς χαλινοῖς λινοδέτοις ὁρμεῖ σέθεν;] Ποῖ dixit pro ποῦ, quod hæc res motum continet ad locum. SEIDLER. Legendum, Ποῦ δῆτα πόντου νοτερὸν εἶπας ἔκβολον;

v. 1044. ΟΡ. Σὺ δ' ἤ τις ἄλλος ἐν χεροῖν οἴσει βρέτας; | ΙΦ. Ἐγώ. θιγεῖν γὰρ ὅσιον ἔστ' ἐμοὶ μόνῃ (*Ald.* μόνῃ).] Optime Jacobsius Exercitt. in Eur. p. 84. σὺ δ' ἤ τις ἄλλος. Vulgo σοὶ δὴ τίς ἄλλος. SEIDLER. Hæc conjectura si falsa est, nihil in his literis certum est. Vulgatam, quod miror, retinuit Matthiæ.

v. 1055. τὰ δ' ἄλλ' ἴσως ἅπαντα συμβαίη καλῶς.] Marklandus corrigendum suspicatur ἂν πάντα. At ipsum ἴσως locum tenet particulæ ἄν. Sic Æschyl. Agam. 1057. ἐκτὸς δ' ἂν οὖσα μορσίμων ἀγρευμάτων, | πείθοι' ἄν, εἰ πείθοι'. ἀπειθοίης δ' ἴσως. SEIDLER. Idem Suppl. 735. ἴσως γὰρ ἤ κήρυξ τις ἢ πρέσβυς μόλοι, | ἄγειν θέλοντες, ῥυσίων ἐφάπτορες.

v. 1068. ἀλλὰ πρὸς σὲ δεξιᾶς, | σὲ, καὶ σ' (*Ald.* καί σ') ἱκνοῦμαι, σὲ δὲ φίλης παρηίδος, | γονάτων τε, καὶ θεῶν ἐν δόμοισι φιλτάτων, | μητρὸς, πατρός τε, καὶ τέκνων, ὅτῳ κυρεῖ.] Bothius, ἀλλὰ πρὸς σὲ δεξιᾶς | σῆς, καί σ' ἱκνοῦμαι. Non male legeretur, ἀλλὰ πρός σε δεξιᾶς | τῆς σῆς ἱκνοῦμαι. Euripides Hipp. 605. Ναὶ πρός σε τῆς σῆς δεξιᾶς γ' εὐωλένου. Sed longe melius, mea quidem sententia, ἀλλὰ πρός σε δεξιᾶς | ἱκέτις ἱκνοῦμαι, literis ΣΕΚΑΙΣ in ΙΚΕΤΙΣ mutatis. Sophocles Phil. 468. Πρός νυν σε πατρὸς, πρός τε μητρὸς, ὦ τέκνον, |

---

1. Antiphani tribuuntur sex senarii apud Stobæum LXXIV. p. 437=317. qui Euripidis esse videntur: Τίσασθε τήνδε. καὶ γὰρ ἐντεῦθεν νοσεῖ | τὰ τῶν γυναικῶν. οἱ μὲν ἢ παίδων πέρι, | ἢ ξυγγενείας ὤνεκ' οὐκ ἀπώλεσαν | κακὴν λαβόντες. εἶτα δ' ὧδε τἄδικον | πολλαῖς ὑπερρύηκε, καὶ χωρεῖ πρόσω, | ὥστ' ἐξίτηλος ἀρετὴ καθίσταται. Hic etiam vulgo legitur ἐνταυθοῖ, et mox, εἶτα δ' οὐ τότ' ἄδικον——ὡς ἐξίτηλος ἡ ἀρετὴ καθίσταται.

πρός τ' εἴ τι σοι κατ' οἶκόν ἐστι προσφιλὲς, | ἱκέτης ἱκνοῦμαι, μὴ λίπῃς μ' οὕτω μόνον, &c. Plane gemelli sunt hi loci.

v. 1080. ὡς αὐτίχ' ἥξει τῆσδε κοίρανος (*Ald.* τύραννος) χθονὸς, | θυσίαν ἐλέγχων, εἰ κατείργασται (*Ald.* κατείργασθαι), ξένων.] Male fecit Seidlerus, quod Marklandi conjecturam ἐλέγξων silentio præteriit. Vitium est ἐλέγχων ejusdem generis ac ἔχειν apud Æschylum Eum. 895. ἐπεύχωνται apud Sophoclem Œd. C. 1024.

v. 1082. ὦ πότνι', ἥπερ μ' Αὐλίδος κατὰ πτύχας | δεινῆς ἔσωσας ἐκ πατροκτόνου χερὸς,] Latinus interpres: *a patris interfectrice manu.* Nota hunc adjectivi illius usum. SEIDLER. Quemadmodum hic παιδοκτόνου πατρὸς χεῖρα per abusionem πατροκτόνον χεῖρα appellavit poëta, ita in Hipp. 68. εὐπατέρειαν αὐλὰν dixit pro εὐδαίμονα πατρὸς αὐλάν. Hoc moneo, ut vulgatam ejus loci scripturam haud prorsus absurdam esse ostendam.

v. 1108. ἀνίκα πύργων | οὐλομένων ἐνὶ ναυσὶν ἔβαν,] Malim ἐπὶ ναυσὶν, ut Hel. 1147. τέρας, οὐ τέρας ἀλλ' ἔριν | Δαναῶν, νεφέλας ἐπὶ ναυσὶν ἄγων. Legitur ἐνὶ etiam apud nostrum Heracl. 893. ubi malim ἐπὶ δαιτὶ, ut suo loco monui.

v. 1128. ὁ Φοῖβός θ' ὁ μάντις, ἔχων | κέλαδον ἑπτατόνου λύρας, | ἀείδων ἄξει λιπαρὰν | εὖ σ' (*Ald.* εἰς) Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν.] Male εὖ σ' pro εἰς Bothius, Zimmermannus, Seidlerus, Matthiæ. Legendum ὡς, auctore Marklando, cujus verba sunt: *Dubito an Græci scribant* εἰς ἐπὶ. *Frequenter occurrit* ὡς ἐπὶ. Exempla collegerunt Wetstenius ad Lucæ verba ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν Act. Apost. 17, 14, Hoogeveenius et Zeunius ad Vigerum p. 567. Sturzius Lexico Xenophonteo v. Ὡς pp. 607. 616. aliique. Ceterum paullo ante v. 1125. pro συρίζων δ' repone συρίζων θ'.

v. 1153. Ποῦ 'σθ' ἡ πυλωρὸς τῶνδε δωμάτων γυνὴ | Ἑλληνίς; ἤδη (*Ald.* ἑλληνὶς, ἢ δὴ) τῶν ξένων κατήρξατο; | ἀδύτοις ἐν ἁγνοῖς σῶμα λάμπονται πυρί;] Aliæ edd. ἢ δὴ et ἢ δή. Reiskio et Valckenario ad Phœn. 576. debetur ἤδη. Legendum, ἆρα τῶν ξένων (vel τοῖν ξένοιν ut vv. 1178. 1188.) κατήρξατο, | ἀδύτοις τ' ἐν ἁγνοῖς σῶμα λάμπονται πυρί; Aristophanes Ach. 393. Ὥρα 'στὶν ἤδη καρτέραν ψυχὴν λαβεῖν. Cod. Rav. ἄρα μοι pro ἤδη. Fortasse legendum Ὥρα

'στὶν ἆρα κ. ψ. λ. Idem liber recte ἀεὶ pro ἤδη v. 608[1]. Mox recte Bothius ἀδύτοις τ' ἐν ἀγνοῖς. Idem pessime σώματ' ἀναλάμπει πυρί. Vulgatam non improbo. Mallem tamen, si consentirent libri, σῶμα δαίονται πυρὶ, ut in Heracl. 913. πυρὸς δεινᾷ φλογὶ σῶμα δαισθείς. Tro. 825. ἃ δέ σε γειναμένα πυρὶ δαίεται. Jacobsio placet σῶμα δάπτονται πυρί.

v. 1173. ΙΦ. Μητέρα κατειργάσαντο κοινωνῷ ξίφει. | ΘΟ. Ἄπολλον, οὐδ' ἐν βαρβάροις ἔτλη τις ἄν.] Vulgo τόδ' ἔτλη τις ἄν. Explicationem τόδ', quæ metrum corrumpit, ejecimus. Facile enim ex prægressis intelligitur μητέρα κατεργάσασθαι. SEIDLER. Vereor ut abesse possit τόδ', quod ante Seidlerum ejecerat Gaisfordius. Noster Med. 1339. οὐκ ἔστιν ἥτις τοῦτ' ἂν Ἑλληνὶς γυνὴ | ἔτλη πόθ'. Hel. 95. Οἰκεῖον αὐτὸν ὤλεσ' ἅλμ' ἐπὶ ξίφος. ΕΛ. Μανέντ'; ἐπεὶ τις σωφρονῶν τλαίη τάδ' ἄν; Frustra hunc locum tentavi in Censura Trimestri. Hodie placet, Ἄπολλον, οὐδ' ἐν βαρβάροις τόδ' ἤλπισ' ἄν. Subauditur γενήσεσθαί. Ita noster Hipp. 97. Ἦ κἀν θεοῖσι ταυτὸν ἐλπίζεις τόδε; Ubi εἶναι supplent interpretes. Hel. 662. Τί φῶ; τίς ἂν τάδ' ἤλπισεν βροτῶν ποτε; Emendationi meæ optime convenit Iphigeniæ responsum, Πάσης διωγμοῖς ἠλάθησαν Ἑλλάδος.

v. 1181. Καὶ νῦν καθεῖσαν δέλεαρ ἡδύ μοι φρενῶν.] Malim μου φρενῶν. De qua varietate vide ad v. 942.

v. 1202. Δίκαιος ἠσέβεια καὶ προμηθία.] Noster Heracl. 901. Ἔχεις ὁδόν τιν', ὦ πόλις, | δίκαιον. οὐ χρὴ ποτε δ' (sic cod. E.) ἀφελέσθαι | τιμᾶν θεούς[2]. Suspiciosum est femininum δίκαιος, sed hæc duo loca mutuo se defendere videntur.

v. 1206. ΙΦ. Κἀκκομιζόντων δὲ δεῦρο τοὺς ξένους. ΘΟ. Ἔσται τάδε.] Legendum Κἀκκομιζόντων γε, si verum est quod statuit Porsonus ad Or. 614. conjunctiones καὶ et δὲ in eodem sententiæ membro haud occurrere apud istius ævi scriptores, nisi per librariorum errores, quales ipse indicat ad

---

1. In Ion. 151. legendum, εἶθ' οὕτως ἀεὶ (*Ald.* ἀρὰ, *alii* ἄρα) Φοίβῳ | λατρεύων μὴ παυσαίμαν. Ἀεὶ cum λατρεύων conjungendum est.

2. Deinde recte Matthiæ, ὁ δὲ μή σε φάσκων, | ἐγγὺς μανιῶν ἐλαύνει. Σε, quod vulgo deest, legitur etiam in cod. G.

Hec. 1261. Phœn. 428. Simili errore paullo post v. 1213. καὶ φίλων δ' ex Hervagiana prima in omnes deinceps editiones manavit, donec tandem καὶ φίλαν γ' ex Aldina revocavit Seidlerus.

v. 1209. ΙΦ. Καὶ πόλει πέμψον τίν', ὅστις σημανεῖ. ΘΟ. Ποίας τύχας; | ΙΦ. Ἐν δόμοις μίμνειν ἅπαντας. ΘΟ. Μὴ συναντῷεν (*Ald.* συναντῶεν) φόνῳ;] Non video quid hic significet τύχας, quod recte legitur v. 1410. σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν, ἄναξ, τύχας. Nec magis placet δίκας, quod cum eo permutare solent librarii[3]. Postulat sententia Ποίους λόγους aut tale quid. Deinde legendum Μὴ ξυναντῶσιν φόνῳ; Frustra vulgata utitur Seidlerus ad defendendum μόλοις v. 1216. ubi recte Schaeferus μόλῃς.

v. 1213. ΙΦ. Καὶ φίλων γ' οὐδεὶς μάλιστα. ΘΟ. τοῦτ' ἔλεξας εἰς ἐμέ.] Marklandus et Heathius ad οὐδεὶς supplent πελαζέτω. Non meminerant viri docti, ita dicendum fuisse μηδεὶς, non οὐδεὶς. Supplendum potius est verbum, quod significet *admittendus est*. SEIDLER. Bothius, Καὶ φίλην γ' οὐ δεῖ. Malim, Καὶ φίλων γ' οὐ δεῖ μάλιστα, i. e. ἐρημίας δεῖ, ut paullo ante dictum est v. 1197.

v. 1285. Θόας, ἄναξ γῆς τῆσδε, ποῦ κυρεῖ βεβώς;] Malim ποῖ κυρεῖ βεβώς, i. e. ποῖ βέβηκε; Legebatur apud Sophoclem Trach. 40. κεῖνος δ' ὅπου | βέβηκεν, οὐδεὶς οἶδε. Brunckius ὅποι reposuit, collato tragico Rhes. 689. Οἶσθ' ὅποι βεβᾶσιν ἄνδρες;

v. 1309. Ψευδῶς ἔλεγον αἵδε, καί μ' ἀπήλαυνον δόμων, | ὡς ἐκτὸς εἴης (*Ald.* ἦς). σὺ δὲ κατ' οἶκον ἦσθ' ἄρα.] Reliqui vitiosum versum, ut libri exhibent, quoniam ex multis, quæ exstant, emendationibus apud me quidem nulla satis habet fidei. SEIDLER.

---

3. Vide ad Heracl. 461. ubi uterque cod. Par. καὶ δίκης. Solum G. indicavit Musgravius. Vide etiam ad v. 933. ubi quod conjeceram, μείζω τῆς δίκης φρονῶν πολύ, postea in cod. E. scriptum reperi. Loquendi modum illustrat Æschylus Ag. 384. πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως. Sed vulgatum μείζω τῆς τύχης confirmat comicus senarius, ὀφρύν τε μείζω τῆς τύχης ἐπηρκότα, quem Euripidi (Fragm. Inc. XXVI.) tribuit Musgravius. Sapientis officium esse ταῖς τύχαις ἑπακολουθεῖν, καὶ μὴ μείζονα φρονεῖν τῆς δυνάμεως, monet Isocrates Archidamo p. 32. ed. Auger. Apud nostrum Suppl. 328. τύχῃ pro δίκῃ inconsulto, ut videtur, dedit Hermannus.

Zimmermannus et Matthiæ ex conjectura Piersoni, Ψευδῶς λέγουσαί μ' αἴδ' ἀπήλαυνον δόμων. Ψευδῶς ex interpretatione natum mihi videtur.. Fortasse legendum, Ἀλλ' ἔλεγον αἴδε (καί μ' ἀπήλαυνον δόμων) | ὡς ἐκτὸς εἴης; Post literas ἄγγ. quæ personam designant, facile excidere poterat ἀλλ'.

v. 1435. Ποῖ ποῖ διωγμὸν τόνδε πορθμεύεις, ἄναξ | Θόας;] Inutilis est mea conjectura Ποῖ δὴ pro Ποῖ ποῖ.. Noster Or. 278. ποῖ ποῖ ποθ' ἡλάμεσθα δεμνίων ἄπο; Ibid. 470. Ποῦ ποῦ θυγατρὸς τῆς ἐμῆς ἴδω πόσιν | Μενέλαον; Vulgo legitur apud Æschylum Ag. 1096. ἆ ποῖ ποτ' ἤγαγές με; πρὸς ποίαν στέγην; Vide an hic etiam geminandum ποῖ, nisi magis placet ποῖ δὴ ut v. 1147. ποῖ δή με δεῦρο τὴν τάλαιναν ἤγαγες;

v. 1456. Ἄρτεμιν δέ νιν βροτοὶ | τολοιπὸν ὑμνήσουσι Ταυροπόλον θεάν.] Anapæstum vitaremus, si pro θεὰν vocem a vocali incipientem reponeremus, quemadmodum v. 825. ἑλὼν pro κτανὼν reposui. Talis emendatio cum non succurrat, vide an legi possit Ταυροπόλην θεὰν, ut hujus Musei tom I. p. 352. monui ad Sophoclis Aj. 172. Ἦ ῥά σε Ταυροπόλα Διὸς Ἄρτεμις;

v. 1473. ἀλλ' ἐκκομίζου σὴν κασίγνητον χθονὸς, | Ἀγαμέμνονος παῖ. καὶ σὺ μὴ θυμοῦ, Θόας.] Imo, σὴν κασιγνήτην. Supra v. 374. κασιγνήτῳ pro κασιγνήτῃ coll. Victoriana. Mavult Reiskius, ἀλλ' ἐκκομίζου σὺν κασιγνήτῳ, ut ἐκκομίζου passivam significationem habeat. Sed unice verum est quod dedi. Confer v. 1362. τήνδ' ἐμὴν κομίζομαι | λαβὼν ἀδελφήν, &c.

v. 1480. ἴτωσαν εἰς σὴν σὺν θεᾶς ἀγάλματι | γαῖαν, καθιδρύσαιντό τ' εὐτυχῶς βρέτας.] Noster Ion. 1130. θύσας δὲ γενέταις θεοῖσιν, ἣν μακρὸν χρόνον | μένω, παροῦσι δαῖτες ἔστωσαν φίλοις. Uterque locus suspiciosus est, propter tertiam pluralem imperativi in ωσαν terminatam. Ἴτων dixit Æschylus Eum. 30. καὶ νῦν τυχεῖν με τῶν πρὶν εἰσόδων μακρῷ | ἄριστα δοῖεν. κεἰ παρ' Ἑλλήνων τινὲς, | ἴτων πάλῳ λαχόντες, ὡς νομίζεται. Ἰόντων in vulgatis saltem exemplaribus exhibent Thucydides IV. 118. Plato Legg. XII. p. 956. C. Hæc forma si legitima est, facile nostro loco reponitur εἰς σὴν ἰόντων. Altero loco legendum suspicabar ἑστᾶσιν. Antiquissima hujus formæ exempla, quæ quidem hodie supersint, quæque indubiæ sunt fidei, in Archestrati versibus ab Athenæo allegatis occur-

runt. P. 4. E. Ἑστωσαν δ' ἢ τρεῖς ἢ τέσσαρες οἱ ξυνάπαντες. P. 56. C. Ρυσαὶ καὶ δρυπεπεῖς παρακείσθωσάν σοι ἐλαῖαι. Hic Aristotelis æqualis fuit. Occurrunt περιμαξάτωσαν et περιθέτωσαν apud Menandrum Μητραγύρτῃ p. 120. ed. Cler. Sed Menandri ætate Attice loqui jam desierant Athenienses.

P. E.

REVIEW OF
NEW CLASSICAL PUBLICATIONS.

LEXICON GRÆCO-PROSODIACUM, *Auctore* T. MORELL, S. T. P. *olim vulgatum, typis denuo mandavit, permultis in locis correxit, exemplis a se allatis, et animadversionibus illustravit; verbis a Morello omissis quam pluribus auxit, et Græcis vocibus Latinam versionem subjecit* EDVARDUS MALTBY, S. T. P. *Cantabrigiæ*, 1815. 2. *tomm. in* 4*ta*.

THE learned world had been long anxiously looking for the appearance of this publication. Dr. Maltby's high and well-earned fame had excited expectations, which, we venture to say, are amply fulfilled by the result of his labours. It was at the suggestion of the late Professor Porson, that this work was undertaken; the laboriousness of the enterprize was not at that time duly appreciated by the Professor and his learned friend. The work of Dr. Morell, although highly creditable to his diligence and research, was still very defective in many important points. The most material objection to it was the omission of all marks of quantity. Many of the authorities quoted being only parts of verses, or detached portions of some of the more difficult metres, the student was perpetually baffled in his enquiries into the prosody of words. Another defect was the absence of any mark, which might distinguish the different significations of the same word; and a third was the want of a more specific reference to the authorities. These defects have been amply supplied by the present Editor, who pays the following tribute to his predecessor in language as elegant as it is humane.

"Absit vero ut quis suspicetur Antecessoris eruditi labores me tantillum elevare velle, quo nostræ qualicunque Editioni gloriola succrescat! Latissimus profecto campus est, in quo uterque elaboravimus: et satis ampla seges quam exinde in horrea nostra reportare possumus, dummodo in hac provincia adornanda summis viribus enisi esse videamur. Quis vero

ignorat, quam difficilia sint cujusque artis primordia, quam dura omnis rei rudimenta? quis diffitetur, quin tardissimo gradu ad scientiam excolendam et ad litteras promovendas necesse sit omnes progrediamur? Habebat certe Morellus nonnulla ad manum subsidia: præsto illi erant libri, e quibus et instituti rationem meditatam jam antea et provisam perspiceret, et copias quasdam suos in usus transferret. Verum enimvero, quidquid auxilii ex alienis laboribus ad suos felicius persequendos derivaret, nemini in hac literarum parte vel mediocriter versato dubium esse potest, quin in Thesauro quo conficiendo eruditionem plane singularem contulerit, laborem indefessum exhauserit. Quidquid igitur aut hac aut alia quavis in parte operis de materie novi hujusce libri auctiore aut forsan meliore dictum fuerit, recolligant velim lectores, illud omne ex officii nostri ratione esse profectum. Necesse est enim enucleate describam quid inter librum denuo recusum, eumdemque juvenum manibus jamdiu detritum, præcipue intersit: simul ineunda nobis ratio, quare in paranda hac editione tantum fuerit temporis collocatum. Adjutor equidem honeste, quam malignè æmulus, venerandi Senis famæ existimari malim; et quidquid meritæ laudis apud eruditos a vigiliis et sudoribus ei unquam redundavit, integrum atque illibatum apud eum spero semper mansurum. Per me licet, *ille habeat secum servetque sepulcro!*"

Besides the ordinary marks of quantity, Dr. Maltby has introduced two others of singular use to students, at the suggestion of the present learned Master of Caius College, viz. ⏑̄ and ⏑̆. The first denotes that a vowel is sometimes used short, but more frequently long; the second, that the syllable is generally long, but that there are a very few instances of its being made short. Another more important addition is the signification of the words in Latin. The authorities are quoted more at length than in the original edition, and with more attention to the sense, as well as to the prosody of the passages adduced. A vast number of additional authorities are brought forward, selected not only for the quantity of a word, but with reference to the beauty of the language or sentiment.

The best parts of Morell's Appendix are incorporated; and lastly, a variety of excellent observations on points of metre and criticism are dispersed throughout the work. A very learned appendix to the *Prosodia* of Morell, embraces the

following points. 1. *De Synalœpha triplici et Synæresi.* 2. *De diphthongis* AI et OI. 3. *De poetica, quæ vocatur, Licentia.* 4. *Dialysis.* 5. Ἀδιαφορία. Συνάφεια. 6—22. *Varia metrorum genera.* 23. *Dawesii canones metrici.* 24. *De vocibus* κρέας, κέρας, φρέαρ. 25. *Recensus vocum* in ῑη et ῐα, *duplicem habentium terminationem.* 26. *Penultima verborum in* νω. 27. *De quantitate ultimæ quorumdam substantivorum, item adjectivorum femininorum in* α.

An tu putas σκυτοδέψαι primam ibi corripere, et mox σκυτῆς producere? quin misso metro, repetitio τοῦ σκυτ' inconcinna fuerit. Lege ergo fidenter σκυλοδέψαι et, ut id obiter notem, τορνευτολυρασπιδοπηγοί, non ut exstat in omnibus editionibus τορνευτασπιδολυροπηγοί, versu ipso repugnante; quod miror te ad Suidam, qui verbum hoc recte citat, non observâsse. Poscis loca tibi indicari, ubi σκυλοδεψεῖν primam corripit. Nulla jam mihi succurrunt; sed quid attinet? cum certo sciamus σκύλον vel σκύλος pro *pelle* primam corripere: eadem enim simplicis et compositi erit mensura. Præter Callimachi versum, quem jam ante tibi indicavi, vide Anthol. lib. vi. cap. ἀπὸ ποιμένων.

Τοῦτο χιμαιροβάτᾳ Τελέσων αἰγώνυχι Πᾶνι
Τὸ σκύλος ἀγρίης τεῖνε κατὰ πλατάνου.

ubi pro ἀγρίης repono ἀερίης *altæ*; ut Latini, aeriæ quercus, ulmi, cupressus, &c. Plura τοῦ σκύλος exempla quærenti erunt obvia; mihi non vacat. Non repugno, quin emendationem tuam τὸν Ὀλυμπικὸν αὐτὸς ἀγῶνα, p. 30. una exhibeas cum mea, αὐτὸς τὸν Ὀλύμπι' ἀγῶνα. Certe si quærimus, non quid scribere potuerit auctor, sed quid scripserit, meam veri-

[1] [*Epistolæ* V. *et* VI. *eduntur ex apographis, quæ sibi fieri curaverat Bentleius.*].

orem puto. Vide Gruteri Inscripi. p. 314. Reinesii p. 365. ubi habes Νικήσας ἀγῶνας Ὀλύμπια, Πύθια, &c.[2] Priorem ex nostris emendationem præfers p. 28.

Σὺ γὰρ ἂν πορίσαι τί δύναι ἀγαθόν; πλὴν φώδων ἐκ βαλανείου,

Καὶ παιδαρίων ὑποπεινώντων, καὶ γραϊδίων κολοσυρτοῦ.

[Ego[3] vero vix mutaverim τὸ κολοσυρτόν. nam quantum video πλὴν hic accusativum sequentem necessario postulat. At inquis τῶν φώδων nullus est κολοσυρτός. Recte: sed quam sæpe observamus tam apud Græcos, quam Latinos substantivum regens non omnibus suis genitivis convenire, sed posterioribus tantum? Est etiam, quod præterea dicam. Nisi intercederet Scholiastarum et Suidæ auctoritas, qui φώδων hic agnoscunt, sic locum refingerem,

——πλὴν φωρῶν ἐκ βαλανείου,

Καὶ παιδαρίων ὑποπεινώντων καὶ γραϊδίων κολοσυρτόν.

ibi omnibus æque convenit κολοσυρτὸς, φωρσὶ, παιδαρίοις, γραδίοις. Fures autem intelligit balnearios, qui inopia pressi vestimenta lavantium subripiebant. Nota res: Plautus Rudente II. 3.

Scin tu etiam?, qui *it lavatum*
In balineas, cum ibi sedulo sua vestimenta servat,
Tamen subripiuntur: quippe qui, quem illorum observet, falsu 'st:
Fur facile, quem observet, videt; custos qui fur sit, nescit.]

Illud, quod porro quæris, p. 31. κοτίνου στεφάνῳ στεφανώσας, est repetitio indignantis se eo argumento tam arcte constringi: quasi diceret, *Deus te perdat cum tua corona oleastri. At te Jupiter oleastro coronet* (quia illud laudas tantopere) *et deinde perdat.* Pagina autem 52, προπέμπειν, legis ex Florentina: cum Aldi προσάγειν metro repugnet. Miror te MStorum nullam mentionem facere. Si illi habeant προπέμπειν, quod versui quidem convenit, a sententia tamen alienum est; tum lego una litera ejecta;

---

[2] [*Vid. ad Horat.* 1 *Ep.* I. 50. *Antipater Anthol.* I. 1, 5. *Ruhnken. ad Paterc. p.* 28.]

[3] Sed jam nunc lego in Equitibus: οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι Πλὴν γραμμάτων, &c. Ergo prior emendatio nunc placet: et hæc omnia indicta sunto. *Bentleii manu scriptum.*

δεῖπνον κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν.

Sed si MSti quoque προσάγειν agnoscunt, et προπέμπειν est Florentinorum commentum, ut sane suspicor; tum lego totum locum,

Τοὺς μὲν ἔχοντας καὶ πλουτοῦντας δεῖπνον κατὰ μῆνα προσάξειν,

Τοὺς δὲ πένητας τῶν ἀνθρώπων ἁρπάζειν, πρὶν καταθεῖναι.

Certe, si quid video, tempus futurum hic longe aptius. Narrat enim Hecate, sibi cœnam quot mensibus *allaturos* fore divites: ni pauperes eam raperent, prius quam poneretur. Proinde cœna ad Hecatam non devenit; quare προσάξειν dicit, non προσάγειν; quia nunquam cœna potitur. Jam p. 34. miror te Florentinum φάνος amplecti, quod nihil est; quis τὸ φάνος dixit? utique semper est generis masculini. Deinde esset *laterna, fax,* sententia absurda. Voluerunt, credo, φάος, non φάνος; hoc est *salus, præsidium* ὁμηρικῶς. Recte quidem, si sensum modo spectas; sed et codices et versus ipse φέγγος efflagitant, eadem notione,

Ἀναβοά | σομαι, τὸν εὐ|παιδα καὶ
Μέγα βροτοῖ | σι φέγγος Ἀσ | κληπιόν.

Porro p. 36. in versiculo illo Ἔπειτ' ἀναβλέψας ὁρῶ τὸν ἱερέα, addis ex MSto Arundeliano ad versum, ut ais, supplendum, τοῦ θεοῦ; quo pacto redundabit inquis, τὸν. Nescio equidem, quid hic spectes. Nam ut hic a te refingitur, nullus omnino exibit versus. Vulgaris autem integerrimus est, ut vides per sua διπόδια, Ἔπειτ' ἀνα | βλέψας ὁρῶ | τὸν ἱερέα. Ergo ex MSto voces illæ ex margine traductæ sunt, non ad versum sed ad sententiam supplendam. Abeant igitur eo, unde malum pedem tulerint.

Pag. 40, εὖ πάνυ λέγεις, ὡς δὲ Ξένικος οὑτοσὶ
Ἀνίσταθ' ὡς ἁρπασόμενος τὰς ἰσχάδας.

Placet quod ex MSto profers, ὡς Δεξίνικος; tamen scabrities quædam adhuc aures offendit, ὡς ἀνίσταθ', ὡς ἁρπασόμενος. Ego sic tentaveram

εὖ πάνυ λέγεις. ὁ δὲ Ξένοικος οὑτοσὶ,

ut Ξένοικος sic nomen viri; et sic quoque; quod fortasse omnium verissimum est,

εὖ πάνυ λέγεις. ὄχλος δὲ ξενικὸς οὑτοσὶ, &c.

Peregrini scilicet *spectatores* urbanitatis Atticæ ignari, serio rem agi credebant; te surrexerant caricas rapturi. ὄχλος ξενικὸς sæpe occurrit apud Historicos. Equidem vix dubito, quin rem acu tetigerim. Subit autem me admiratio, cur te offenderit μισητία p. 47. ut insubidum illud μισγητία ei præferres, oblitus tot Grammaticorum, qui verbum illud agnoscunt, Etymologi, Pollucis, Eustathii; quin et Suidæ tui, qui proverbium illud citat,

Παρὰ σφυρὸν παχεῖα μισητὴ γυνή:

et locum etiam Cratini, quem tu sic edidisti, Μισηταὶ δὲ γυναῖκες ὀλίσβῳ χρήσονται, a Porto ut opinor deceptus. Nam princeps editio Chalcondyli habet ὀλίσβωσι; quod Portus mendosum esse videns male interpolavit. At nullo negotio, et sponte sua versus exit Hexametrus Spondaicus,

Μισηταὶ δὲ γυναῖκες ὀλίσβοισι χρήσονται.

Quamobrem, o amicorum τὰ πρῶτα, iterum iterumque te monitum velim, ut probe tibi caveas a Porto, etiam in Aristophane exhibendo. Ego ejus editione non utor; ea tantum emendo, quæ in Basileensi ad Aldinam castigata male se habent. Si quid ergo ab illis recedit editio Porti, (quod sane fieri potest, et sedulo tibi est animadvertendum) illud omne quantumcumque sit scias esse mendosum, et in nulla ratione habendum. Pergo jam ad reliqua in Plutum pertexenda; ibi capto initio, ubi superior ad te epistola[1] finem fecit. Pag. itaque 32. editionis Basileensis;

ἐς τὸν κύφων' ἀλλ' οὐ μέλλειν
χρή σ' ἀλλ' ἀνύειν.

repone ex Aldina χρῆν σ' ἀλλ' ἀνύτειν.

Pag. 33. Ὦ πλεῖστα Θησείοις μεμιστυλημένοι.

Editio Aldi in Textu, μεμοιστιλημένοι; οι pro υ; ut fieri solet. At in notis recte, μεμυστιλημένοι, a μυστίλη. Ita scribunt Hesychius, Suidas, Pollux, Etymologus, &c. Quæ hic in σχολίοις habentur de μιστύλη ἀπὸ τοῦ μεῖστον sunt omnia πονηροῦ κόμματος, neque habentur in Aldina.

Pag. 35. τίς ἡ βοή πότ' ἐστίν; ἆρα γ' ἀγγελεῖ.

Aldina ἆρ' ἀγγελεῖ. Quære, an MSti priori suffragentur. Alioqui sic refinxerim, ἆρ' ἀναγγελεῖ vel ἀπαγγελεῖ. Ibidem,

Ἐπεὶ δὲ βωμῷ πόπανα, καὶ προθύματα
Καθωσιώθη πέλανος ἡφαίστου φλογί.

---

[1] *Ista epistola inter schedas Bentleianas non est reperta.*

Vides, quam tragicum spirat: ergo me judice præstat illa altera lectio, a Scholiaste indicata: *πόπανα καὶ θυλήματα.*

Pag. 36. *Ὀλίγον ἄπωθε τῆς κεφαλῆς τοῦ γραϊδίου.*

at *γραϊδίου* tetrasyllabum primam producit, ut supra *καὶ γραϊδίων κολοσυρτόν.* lege igitur *τρισυλλάβως* ob versum, *τοῦ γραδίου*, et paullo inferius quoque numerosius erit,

Τὸ γράδιον δ' ὡς ἤσθετο.——

Pag. 36. de Æsculapio,

Νὴ τοὺς θεοὺς ἔγωγε, μὴ φθάσειέ με
Ἐπὶ τὴν χύτραν ἐλθὼν, ἔχων τὰ στέμματα.

Pingi solet, inquit *σχολιαστὴς, Æsculapius στεφανηφορῶν.* Sane ejus caput coronatum extat in nummo Gentis Aciliæ apud Fulv. Ursinum. Sed quid tum postea? Id in plurium Deorum imaginibus cernitur, neque Æsculapio proprium erat. Ejus potius habenda erunt Insignia, Baculus, Serpens, Gallus. Denique quid opus erat, Æsculapii habitum designare? eum ignorare non potuit Chremyli uxor: et est utique *ἀπροσδιόνυσον.* Vide annon legendum sit —*ἔχων τὰ πέμματα*: ea sunt quæ prius *φθοῖς* et *πόπανα* appellarat. Verebar, ne, cum *bellaria* haberet, (Sacerdos enim quasi Deo servanda collegerat) tandem et *ollam* pultis auferret. Tu de hoc loco cogita; nam sine tuo calculo nolim hic calide pronuntiare. Pag. eadem lego,

Κατέκειτο δ' αὐτὴν ἐντυλίξασ' ἡσυχῆ.

αὐτὴν, se totam, non *αὐτὴν manum;* p. 37. sic nunc extat,

Μετὰ ταῦτά γ' εὐθὺς ἐγὼ μὲν συνεκαλυπτόμην;

quod tamen versus ratio recusat. Corrigendum, *ἐνεκαλυπτόμην*; ut mox, *Ὃς ἐγκεκαλύφθαι φής.*

Pag. 38. *Ἵν' ἐπωμνύμενον παύσω σε.*

Recte Aldina et in textu et in Scholiis, *ἐπομνύμενον.* p. 40.

Ἀλλ' αὐτὰ πάντα πάλιν ἀναστρέψας ἐγώ.

Αὐτὰ hic ineptum et otiosum. Lege sine dubio, *Ἀλλ' αὖ τὰ πάντα*, notum *αὖ πάλιν* et *πάλιν αὖ*. Ibidem numerosior fuerit versus addito *γ'*.

Ἐνδεικνυμένοισί γ' ἕκαστος εὔνοιάν τινα.

P. 41. *Οὕτω τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἡδὺ πρᾶγμά τι.*

Versus ἀδιανόητος, inquit Scholiastes; *aut refer ad superiora illa.* *Καὶ ταῦτα μηδὲν ἐξενέγκοντ' οἴκοθεν.* Tu vero

hic cave a Florentinis qui pessime verba luxarunt. Voluit, opinor, Scholiastes, hoc loco versiculum illum sine sensu esse; commodius autem collocari posse post Actus hujus versum secundum. Meo quidem judicio ejiciendus est potius; nam in utrovis loco importunam Parenthesin facit, et currentem sententiam intercipit. Pag. autem 41. quod jam olim in Notis ad Callimachum correxi,

Ὁ δ' ἶπος ἡμῖν ἐξαπίνης. ἐλεφάντινος,

hoc maxime argumento tutaberis. Perit omnino usus τοῦ ἴπνου, si sit ἐλεφάντινος: cum ebur ignem fere nequeat, sed cum teterrimo nidore comburatur. At ἶπος eburneus res est ridiculæ quidem elegantiæ, ad usum tamen non ineptæ. Quare ut hæc lectio urbanitatem Atticam sapit, ita illa absurda prorsus est, et γέλωτος φορτικοῦ.

Pag. 43. Μὰ δί' οὔμενουν ἐσθ' ὑγιὲς ὑμῶν οὐδενος.

Sine dubio vere Scaliger emendat, ὑγιὲς ὔμῶν οὐδεὲν, ut principio fere Pluti,

εἶναι πανοῦργον, ἀδικὸν, ὑγιὲς μηδεέν.

Pag. 44. sic nunc habetur,

Ἆρ' οὐχ ὕβρις πολλὴ ταῦτ' ἐστί; σκώπτετον.

versu claudicante; qui sic sanandus est, πολλὴ τάδ' ἐστὶ, eodem sensu. Illud ibidem ⏑ ⏑, ⏑ ⏑, sic scribendum puto, ut locis paribus Iambi fiant, ⏑ ⏑, ⏑ ⏑, ⏑ ⏑, ⏑ ⏑, ⏑ ⏑, ⏑ ⏑. Cæterum hic versus naso, non ore, efferendus est. P. 45. verior lectio est, quam Scholiastes indicat,

Οὔκουν δικαστὰς ἐξεπιτηδὲς ἡ πόλις
Ἄρχειν καθίστησιν; Nonne igitur, &c.

P. 46. Καὶ σύκινον, τὸν ἰσχυρὸν τοῦτον θεόν.

vocabulum ἰσχυρὸς mediam syllabam producit; ergo quarto pede non potest consistere. Lege ordine inverso,

Καὶ σύκινον, τοῦτον τὸν ἰσχυρὸν θεόν.

ut in Ranis p. 159.

χρώμεθ' οὐδὲν, ἀλλὰ τούτοις τοῖς πονηροῖς χαλκίοις.

Ibidem p. 46.

Ἀλλ' ἴσθ' ἐπ' αὐτὰς τὰς θύρας ἀφιγμένη, &c.

hoc non loquitur χο. *chorus*, sed χρ. Chremylus; et sic corrigendum. χοροῦ non indicat chorum hic loqui; sed chori can-

tica ibi olim fuisse, nunc deficere; ut antea in hac fabula. Pag. 50. sic editum est,

Πειρᾷ μὲν οὖν ἴσως σε· κᾆτα τῶν τιτθίων
Ἐφάπτεταί σου——

versu repugnante; qui aut sic constituendus est, καὶ τῶν τιτθιῶν; aut quod verius est, κᾆτα τιτθιῶν sine articulo, ut in Ranis p. 147. χιτωνίου·

Παραῤῥαγέντος τιτθίον προκύψαν.

Jam illud p. 51. Οὐκ ἂν διαλεχθείην, &c. recte interpretaris de concubitu. Ego sic in libri ora adnotaveram. Διαλέγεσθαι, συνουσιάζειν, Suidas.

Pag. eadem, οὐκοῦν τρύγοιπος, ταῦτα πάντ' ἰάσεται. Ita quidem Suidas verbo τρύγοιπος: sed alibi articulum addit, qui augere videtur elegantiam,

Οὐκοῦν ὁ τρύγοιπος, &c.

Vide ipsum,

Ὁ τρύγοιπος ταῦτα πάντ' ἰάσεται;

ubi tu, ut sæpius Porto tuo male fidens, ὁ τρύγητος, edidisti. At Chalcondylus τρύγοιπος, recte. Hunc enim locum Suidas respexit, et ex eo, ut solet plerumque inepte, proverbium concinnavit. Ibidem ὑπεπίττουν recte habet; neque simplex stare ibi potest; utcunque Suidas et Etymologus id exhibeant. Iterum quoque mox repone,

Ὡς εὐτόνως, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ γρᾴδιον;

non τὸ γραΐδιον, quatuor syllabis. Pag. 52. scribe ex Aldina,

Οὐ ψαιστὸν, οὐκ ἱερεῖον, οὐκ ἄλλ' οὐδεέν.

ἄλλ' i. e. ἄλλο; non ἀλλ' i. e. ἀλλά. Ibidem,

Οἴμοι δὲ κωλῆς ἣν ἐγὼ κατήσθιον.

ἣν quoque habetur apud Athenæum lib. IX, ex Pluto secundo. Videtur nihilominus, legendum ἧς ἐγὼ κατέσθιον; quod Ἀττικώτερον est, ut mox sequitur, σπλάγχνων τε θερμῶν, ὧν ἐγὼ κατήσθιον. Pag. ultima 55,

Ἰδρυσόμεσθα, λαβοῦσ' ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρε. Illud σ ἐπιτατικὸν gravat versum, qui celerius et numerosius decurrit, si legas

Ἰδρυσόμεθα, λαβοῦσ', &c. Sed redi mecum ad pag. 48, ubi vetula de adolescente amatore suo loquitur,

Καὶ νὴ δί' εἰ λυπουμένην γ' αἴσθοιτό με,
Νιτάριον ἂν καὶ βάτιον ὑπεκορίζετο
Nitariam appellabat aut Batium suum.

Nempe, si credimus Symmacho, Grammatico passim a Scholiaste laudato, *Nitarus* quidam et *Batus* erant, mollitie infames. Ergo ἀπὸ Νιτάρου Νιτάριον, ἀπὸ Βάτου Βάτιον. Atqui (ut condonemus ei cinædos suos Νίταρον et Βάτον, quos nemo alius memorat, quique a Symmacho conficti videntur, ne nihil dicendo ignorantiam suam fateretur) qui sodes fieri potest ut nominum virilium diminutiva tribuantur mulieri? σωκρατίδιον est ὑποκοριστικὸν Socratis, at nullius alterius: sic Νίταριον solius Nitari fuerit, Βάτιον solius Bati. Sed cum hæc interpretatio sit plane absurda, aliam infit: Καὶ τὰς μικρὰς δὲ θηλείας, βατύλους ἔλεγον; quæ primo corrigenda erunt, deinde expendenda. Suidas habet μικρὰς καὶ θηλείας (in tua tamen editione conjunctio male abest) unde sic lego, Καὶ τοὺς μικροὺς καὶ θήλεας, Βατάλους ἔλεγον; *viros pumilos et effæminatos Batalos vocabant.* Vide Βάταλος apud Hesychium, Harpocrationem, Suidam, Eustathium, Plutarchum in vita Demosthenis, cui ob mollitiem cognomen Batalus adhæsit. Certa est hæc emendatio; et fortassis insuper legendum est, τοὺς μαλακοὺς, pro μικροὺς, etsi et hoc tolerari potest. Jam quæro a te quid Βάταλος facit ad Βάτιον? quibus fidiculis extorquebunt, ut ex Batalo Bation diminutivum prodeat? A Βάταλος certe Βατάλιον fuerit, non Βάτιον. Tamen et alter Scholiastes significare ait Βάταλον τὴν ἕδραν παρ' ὃ καὶ Βάτιον, Batalum scilicet esse *sedem, podicem*, a qua voce Βάτιον venire. Et quidem Βάταλον notare πρωκτὸν testantur Plutarchus, Etymologus, Harpocration: sed inde Βάτιον deducere est aut hominis inepti, aut ad incitas redacti. Ergo alius, sed nihilo sapientior, Νιτάριον et Βάτιον ait esse plantarum nomina; et interpretatur ὑπεκορίζετο Νιτάριον καὶ Βάτιον, quasi dixerit ὡς ἄνθη με εἶχεν, *florum loco me habuit.* Bellorum mehercule florum! cum Βάτος non rosam, non lilium, sed *sentem, spinam* significet: Νιτάριον autem de flore vel planta dici sit inauditum et falsum. At tandem, opinor, ad rem ipsam devenimus; nam βάτος, ait alter, est, pisciculi genus; unde mollis et luxuriosus, qualis iste est pisciculus, Βάτιον dici potest. Βάτος quidem piscis est, hoc vere: sed satius fuerit pisce mutiorem esse, quam tam

lepidum ὑποκόρισμα nobis obtrudere. Restat adhuc Didymus, qui νιτάριον exponit νεόττιον, οἱονεὶ κοράσιον; sed cum nemo omnium Grammaticorum hoc memoret, cras ei credemus, hodie nihil; utpote qui hoc confingere potius voluerit, quam ignorantiam suam candide fateri. Quid ergo? ipsa certe tot interpretationum varietas satis per se ostendit, ad quantam ἀφασίαν καὶ ἀμηχανίαν redacti fuerint miselli Scholiastæ. Nobis autem, si locum a quindecim credo sæculis in mendo cubantem, et ab ipsis Græcis Magistris insanabilem relictum, certa conjectura restituere poterimus, et extra omnem dubitationis aleam ponere; ecquid erit pretii, προσφιλέστατε Kustere? Gratiam, sat scio, a te magnam inibimus, et ab omnibus φιλαριστοφάνεσι, qui tua opera id olim possunt resciscere. Faciamus igitur periculum; et primo illud percommode accidit, quod apud Suidam ista nomina cum duplice Tau efferuntur,

Νιττάριον ἂν καὶ Βάττιον ὑπεκορίζετο;

cui scripturæ astipulatur scholiastes ille ad locum, qui Βάταλον δὲ, ait, τὴν ἔδραν, παρ' ὃ καὶ τὸ βάτιον· τὸ δὲ συνεσταλμένως ἀναγινώσκειν ἀνόητον: hoc est, *Stultum est correpte verbum illud pronuntiare.* Scripsit ergo iste, syllaba per geminam consonantem producta, Βάτταλος et Βάττιον, ut profecto apud Etymologum hodie habetur, βάτταλος καὶ βατταλίζειν. Jam igitur sic locum refingo, minima mutatione,

Νηττάριον ἂν καὶ φάττιον ὑπεκορίζετο.
Anaticulam vocitabat et palumbulam.

Non dubitaveram consueta quædam ὑποκορίσματα amatoria sub mendosis illis delitescere, et proinde tentanti quiddam ejus generis ex iis extundere statim optime successit. A νῆσσα, Attice νῆττα diminutiva extant, νήττιον et νηττάριον; a φάσσα, φάττα, est φάττιον. Onomasticum Latino-Græcum Labbæi; Palumbes, φάτται· palumbula, φάττιον. Porro inter blanditias amantium, *anaticulas, palumbulas,* sive quod idem est *columbulas* (nam palumbes est genus columbæ) vel primum locum obtinere, ex notissimo Plauti loco constat. Asinar. III. 3.

Dic igitur me ANATICVLAM, COLVMBVLAM, catellum,
Hirundinem, monedulam, putilum passerillum.

Sic corrige ista; nam in editis mendose habentur, contra legem metri: sed et illa ibidem sic scribe,

Dic igitur me passerculum, gallinam, coturnicem,
Agnellum, hædillum me tuum dic esse, vel vitellum.

Habes igitur, Kustere, locum insignem, qui ante Christum opinor natum tot Magistris crucem fixit, sic a me restitutum; ut nemo nisi stolidus aut in his literis plane hospes de conjecturæ veritate dubitare possit: in qua tanquam *προσώπῳ τηλαυγεῖ* emendatiunculis his ad Aristophanis Plutum finem ponam. Cum autem in Scholiis *longe plura te emendaturum* vere, at certa fides est, polliceris; age, quandoquidem et otii et chartulæ quiddam superest, fragmenta veterum quæ in *σχολίοις* ad Plutum laudantur, percurramus; si forte mendosis *ἀποσπασματίοις* medicinam facere possimus: In Prolegomenis *Περὶ Κωμῳδίας*, legitur *ἦσαν δὲ οἱ περὶ Σαννυρίωνα*; sed corrigendum *περὶ Σουσαρίωνα*; ut in Dissertationibus ad Phalaridis Epistolas, si bene memini, olim ostendi. Sane plurima de Comœdiæ Tragœdiæque ibi protulimus aliis indicta et incognita, quæ in limine tui Aristophanis non inhoneste spectari possent, si Latine verterentur. Ibidem in *Ἀριστοφάνους Βίῳ*, legitur. *τὴν γυναῖκα δ' αἰσχύνομαι*, &c. quod sic constituendum,

——τὴν γυναῖκα δὲ
Αἰσχύνομαι, τῷ τ' οὐ φρονοῦντε παιδίῳ.

Ibidem inter Dramata Aristophanis controversa memorantur *Ποίησις*, *Ναύαγος*: quæ ut mendo carentia admittit etiam Fabricius noster. Corrigendum tamen sine dubio ex vestigiis scripturæ, *Πόλεις*, *Δὶς ναναγός*. De *Πόλεσι* controversiam olim fuisse testatur Athenæus, *Ἀριστοφάνης ἢ Φιλύλλιος ἐν ταῖς Πόλεσι*, et iterum *Φιλύλλιος ἢ Φρυνιχος ἢ Ἀριστοφάνης ἐν Πόλεσι*: posteriorem fabulam citat Pollux, Aristophanes *ἐν Διονανάγῳ*; ubi recte emendatum esse *Δὶς ναναγῷ* vel hic locus ostendit *Δὶς ναναγός*. nosti proverbium,

Improbe Neptunum accusat, qui *bis naufragium* facit:

inde argumentum huic Fabulæ, *Bis naufrago*. Ibidem paullo inferius *Περὶ κωμῳδίας* legitur, *Ἀριστοφάνης Φιλίππου Ἀθηναῖος, μακρολογώτατος Ἀθηναίων, καὶ εὐφυίᾳ πάντας ὑπεραίρων*. Quid, malum, *μακρολογώτατος*? quod orationis vitium est putidissimum. Qui fieri potest, ut idem sit *εὐφυέστατος*? sed corrigendum *μακρῷ λογιώτατος*, longe celeberrimus, disertissimus. Ibidem in Fabulæ Hypothesi, *ὅθεν καὶ παροιμία*,

Ἐν καρὸς ἄτῃ, ἤτοι ἐν δούλου τάξει. Facilis est emendatio, Ἐν καρὸς αἴσῃ ex Homero. Scholiorum pag. 1. locus ex Synesio ἡ γὰρ Λαὶς ἀνδράποδον ἦν Καρικὸν ἐξ Σικελίας ἐωνημένον. *lege* ὑκκαρικὸν, *nata Hyccaris Siciliæ oppido.* Verum hæc absunt ex Aldina a Florentinis mangonibus interpolata. Pag. 2. locus est ni fallor, ex Thesmophoriazusis secundis. Senarii sunt, sic forte reponendi[1];

Ὅς ἦν περίεργος ταῖσι τῶν φορημάτων
Ὅσαι τι περιπέττουσιν αὐτὰς προσθέτοις.

Pag. 10. Platonis locus ex Amphiarao sic videtur constituendus,

Καὶ νὴ Δί' εἰ τὸν Πάμφιλόν γε φαίης
Κλέπτειν τὰ κοινὰ, χἄμα συκοφαντεῖν.

Pag. 10. et 11, de Philonide fragmenta sic reponenda; Νικοχάρης Γαλατείᾳ.—ἦ δῆτ' ἀπαιδευτότερος εἶ Φιλωνίδου τοῦ Μελιτέως.—(et sic p. 18.) περὶ δὲ τοῦ μεγέθους Φιλύλλιός φησιν, Ἥτις κάμηλος ἔτεκε τὸν Φιλωνίδην. καὶ Πλάτων δὲ Λαίῳ φησιν, ————οὐχ ὁρᾶς ὅτι

Φιλωνίδην τὸν τέτοκεν ἡ μήτηρ ὄνος
Τὸν Μελιτέα, κοὐκ ἔπαθεν οὐδέν.—

Καὶ Θεόπομπος Ἀφροδισίοις,

A. Ὄνος μὲν ὀγκᾶθ' ὁ Μελιτεὺς Φιλωνίδης.
B. Ὄνῳ μιγείσης μητρὸς ἔβλαστε τῇ πόλει.

Pag. 12. Comici incerti locus sic personis distinguendus,

A. Τί ποτ' ἐστὶ χλωρὸν ἀντιβολῶ, τὸ χρυσίον.
B. Δέδοικ' ἐπιβουλευόμενον ὑπὸ πάντων ἀεί.

Pag. 18. Locus Anacreontis sic constituendus,

Ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι
(Πάρεστι γὰρ) μαχέσθω.

Et sic editio Aldina; at Florentini inter hosce versiculos longam ῥῆσιν interposuerunt, pro solita sua eruditione. Et similia p. 32. In Cratini loco,

Σιγὰν νῦν ἅπας ἔχε σιγὰν,
Καὶ πάντα λόγον τάχα πεύσῃ.
Ἡμῖν Ἰθάκη πατρίς ἐστι
Πλέομεν δ' ἐπ' Ὀδυσσέϊ θείῳ.

[1] [*Vid. Dobræum ad Porsoni Aristoph. Plut.* 159.]

Boni illi Florentini post primum versiculum nescio quid intruserunt, quod neque cœlum neque terram tangit[2]. Pag. 37. Ἀλλὰ καὶ θυγατέρα τοῦ Ἀμφιαράου τὴν Ἰασὼ εἶπεν ἐν ἐκείνοις· Ἀλλ' ὦ θύγατερ ἔλεξά σοι πρευμενής. Verba Aristophanis hæc sunt ex Dramate Ἀμφιαράῳ; versus autem Senarius est sic forte refingendus, Ἀλλ' ὦ θύγατερ ἔλεξά σοι τάδε πρευμενής· vel ἐλεξάμην σοι πρευμενής. vel ἔλεξ' ἐγώ σοι; vel alio modo. Ibidem Εὔπολις ἐν Πόλεσι. Τῆνος δ' αὐτὴ πολλοὺς ἔχουσα σκορπίους. Ad Senarium reducere licet hoc modo: Τῆνος δέ γ' ἡ πολλοὺς ἔχουσα σκορπίους. Pag. 39. Theopompi locum sic constitue

——— φέρε σὺ, τὰ καταχύσματα
Ταχέως κατάχει τοῦ νυμφίου καὶ τῆς κόρης.

Pag. 43. Locus ille ὁ Συκοφάντης] οὐ δικαίως τοὔνομα ἐν τοῖσι μοχθηροῖσιν ἐστι κείμενον, &c. qui prosam orationem simulat, sex constat senariis,

Ὁ συκοφάντης οὐ δικαίως τοὔνομα
Ἐν τοῖσι μοχθηροῖσιν, &c.

et ex Athenæi, p. 74. huc traductus est a Florentinis; quem editio Aldi non agnoscit. Verba sunt Alexidis in dramate Ποιητῇ. vides opinor verum esse quod antea tibi dixi, nullo scripto codice usos esse istos nebulones; sed aut de suo nugas aliquas confinxisse, aut hinc inde ῥημάτια quædem emendicasse. Pag. 44. Εὐριπίδης ἐν Βάκχαις· εἰ μὴ γαρ ἴδιον ἔλαβον εἰς χεῖρας μῖσος: at μῖσος priorem producit; lege ergo sine dubio μύσος: tu quære locum in Bacchis, quæ etiamnum extant[3]. Pag. 52. Locus Eubuli est, Καὶ πρός γε τοῦτο, &c. quem sic restitue,

Καὶ πρὸς γε τούτοις ἀσκὸν εἰς μέσον χαμαὶ
Καταθέντες εἰσάλλεσθε, καὶ καγχάζετε
Ἐπὶ τοῖς καταῤῥέουσιν.

Cum hæc scripseram, consulens Suidam in Ἀσκωλιάζειν, si is forte habuerit hoc fragmentum, inveni ibi quidem, et tertio

---

[2] [*Voluit Bentleius* σιγάν νυν ἅπας, *prout editur apud Hephæst. p.* 47. *ed. Gaisf.*]

[3] [*In Bacchis non exstat hic versus, qui sumtus erat ex ista parte quæ intercidit post v.* 1328. *ubi vid. Elmsl.*]

Senario integrius, Ἐπὶ τοῖς καταῤῥέουσιν ἀπὸ κέλευσματος· Hinc igitur Scholiastem restitue; reliqua ut a me emendata sunt, partim a Suida confirmantur, partim meliora sunt. Indolui autem ex animo, cum ex tua editione comperi, nihil tibi suboluisse de versibus Senariis. Quid quod intactum præteris, Εὔβουλος ἐν Δαμαλίᾳ; quasi *Damalia* nomen esset. Fabricius vero legit ἐν Δάμαλι ά itaque et β' fuisse colligit. Tu nunc restitue ἐν Ἀμαλθείᾳ ex Athenæo. (II. 63. D.)

Pag. 53. Locus Theopompi senarius est, A. Εἴσω δραμὼν αἴτησον. B. ἀλλ' οὐκ ἐκφορά. p. 55. Strattidis locus mendosus sic corrigendus est; Ἀλλὰ γὰρ Στράττις πρὸ ἀμφοτέρων τούτων (scil. dramatibus Pluto et Concionantibus) τοὺς Ποταμοὺς διδάσκων (nota illam fabulam a viris doctis omissam) εἰς φύλλιον ἀναφέρει τὸ πρᾶγμα; scribe Φιλύλλιον comicum vetustum. Deinde senarios constitue ad hunc modum:

Ὑμεῖς δὲ πάντες ἕξιτ' ἐπὶ τὸ Πύθιον,
Ὅσοι περ ἐστέ, μὴ λαβόντες λαμπάδας
Μηδ' ἄλλο μηδὲν ἐχόμενον Φιλυλλιού.

Hoc est, *Neque quidquam aliud ad imitationem Philyllii.* Atque habes tandem, vir amicissime, quæ ad Aristophanis Plutum et fragmenta Poetarum in Scholiis laudata mihi nunc licuit αὐτοσχεδιάζειν, meliora fortasse daturo, si hoc agerem. Sed contenti erimus hoc Catone[1]; et tu his, qualiacunque sunt, tuo arbitratu uteris, frueris. Cæterum curabis, ut mature ad me deferantur Emendationes tuæ ad Nubes et fragmenta in Scholiis; quibus si quid addere possum, non diu te morabor. Vale, et Hemsterhusium communem utriusque amicum meo nomine saluta.

Cantabrigiæ, Die Julii xxiiii. MDCCVIII.

---

[1] [*Sueton. August.* 87.]

VI.

Celeberrimo Viro Ludolpho Kustero Ri. Bentleius, *S. P.*

Superiores meas literas, Amicissime Kustere, in quibus reliquæ ad Plutum detexebantur, ad te salvas pervenisse vix dubito, etsi nondum a te certior factus: tuæ enim postremæ, quæ emendationes tuas ad Nubes attulerunt, prius ex Batavia delatæ sunt, quam meæ eo appulissent. Pergo nunc, ut stem promissis, Nubes percurrere; si quid tuos oculos effugerit, quod sane perpaullum est, emendaturus. Prius tamen, quam Nubes aggrediar, operæ pretium erit, adnotata nostra ad priorem Fabulam recensere: quædam enim mihi in mentem venerunt, quæ tum haud sane recens ab Aristophanis lectione minime advertebam. Quale illud imprimis p. 4. in Schol. *καὶ ἀλλαχοῦ. Ἴαχεν ἀστοῖσι διὰ τριπόδων ἐριτίμων*; ubi suspicatus sum nomen Καλλιμάχου delitescere. Nunc autem video locum adductum esse ex Equitibus p. 244. *Ἴαχεν ἐξ ἀδύτοιο διὰ τριπόδων ἐριτίμων*: quomodo hic corrigendum.

Ad firmandam conjecturam nostram p. 30. *τὸν Ὀλύμπι' ἀγῶνα*; addo locum Menandri ex Schol. ad Acharn. p. 269.— *τραγωδοῖς ἦν ἀγὼν Διονύσια*. Illud p. 40. quod conjeceram, *ὄχλος δὲ ξενικὸς οὑτοσὶ* firmari potest ex vers. ultimo Equitum, *Ἵν' ἴδωσιν αὐτὸν οὓς ἐλωβᾶθ' οἱ ξένοι*. ex Acharn. p. 282. *Αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν, οὐπὶ ληναίῳ τ' ἀγὼν, Κοὔπω ξένοι πάρεισιν*, &c. Nempe, ut vides, plerique festis aderant exteri. Quod p. 34. Aldinam lectionem prætulerim, *Μέγα βρότοισι φέγγος Ἀσκληπιόν*; bonum factum, ut constat ex loco Equitum, p. 255. *Ὦ ταῖς ἱεραῖς νήσοις ἐπίκουρε καὶ φέγγος ἐν Ἀθήναις*. Qui tamen ipse locus, cum adversus metrum peccet sic obiter reponendus est,

Ὦ ταῖς ἱεραῖς νήσοις ἐπίκουρε φανεὶς καὶ φέγγος Ἀθήναις.

Emendationem probo ex p. 237. ibidem. *Ὦ πᾶσιν ἀνθρώποις φανεὶς μέγιστον ὠφέλημα*. Jam illud, p. 46. *τοῦτον τὸν ἰσχυρὸν θεὸν*, ne dubites *τὸ ἰσχυρὸν* secundam syllabam producere; consule sodes pagg. 159, 285, et 298. Pagina vero 4. unice probo emendationem illam, quæ sic habet,

Πείθειν δέ μ' αὐτὸν ξυνακολουθεῖν οἰκάδε. adeo ut τὸ συνακολουθεῖν nullum casum post se habeat; quemadmodum et pag. 146. Δεῦρο συνακολούθει πρὸς τὴν θεόν. pag. 46. illud forte præterieram, Ὅτι καταλύει περιφανῶς εἷς ὢν μόνος; ubi lego, Ὅτιἡ καταλύει ut alibi, p. 310, 2. φυλακὴν καταλύει— et 495. Δῆμον καταλύει—

Jam quod anxie quæsiveras exemplum dari, quo constet τὸ σκυλοδέψης primam corripere, Ecce tibi in Ecclesiaz. p. 494. Ἰέναι καθευδήσοντας ἀπονενιμμενούς Ἐς τῶν σκυλοδεψῶν— Ita exhibet editio Aldi princeps; ita Suidas in σκῦλα; ut de scriptura non sit dubitandum. At in Basileensi ibi extat ἐς τῶν σκυτοδεψῶν. At nobis licet oppedere istis mangonibus. Faciunt enim, quod alii, eorum similes, semper fecerunt, ut deletis verbis reconditis usitatiora supponant. Sic istud apud Suidam in Ἀγρεία ex Epigrammate

τὸ σκύτος ἀγρείης εἵνεκα τῆς πλατάνου, quod tu intactum reliquisti, sic refingendum est,

Τὸ σκύλος ἀγρείης τεῖνε κατὰ πλατάνου.

Nimirum hic ipse locus est, quem in postremis literis tibi indicaveram ex Anthol. lib. vi. cap. ἀπὸ ποιμένων. Atque ibi pro ἀγρείης non pœnitenda quidem conjectura correxeram ἀερίης. Ut Horatius, Tecum sub *alta* vel *platano*, &c.[1]. Nunc vero autoritate Suidæ ἀγρείης admitto; et priora illa indicta sunto. Iterum apud Suidam in vo. Ἀμφίδορον, et Ἀχαϊνή et Ἀχαϊνή nunc quidem extat,

Καὶ σκύτος ἀμφιδόρου στικτὸν Ἀχαϊνέω.

At tu ipse in voce θίασος ex Anthologia inedita recte dedisti, Καὶ σκύλος, &c. Quare fidenter, o amice, τὸ σκυλοδεψεῖν in Pluto repone; et conjecturam tuam σκατοδεψεῖν in Lethen projice[2]. Porro Emendatio illa nostra, præfiscine dixerim, eximia, unam non dubito tibi valde probari, Νηττάριον ἂν καὶ φάττιον ὑπεκόριζετο, lucem aliquam et fidem fœnerabitur ex

---

[1] [*Virgil. Cul.* 122. *Aëriæ platanus. cf. Ecl.* I. 59. ἀγρείης *citat Porsonus Adv. p.* 306.]

[2] (*In Marg.*) Adde et hoc ad Plutum, p. 47. Ἀμητά τε προσέπεμψεν ἡμῖν τουτονί. Non locus est conjunctioni τε: lege vero ex Etymologo in Ἄμης: Ἀμητα προσαπέπεμψεν ἡμῖν τουτονί.

illo loco in Pace, p. 472, ubi illæ aviculæ. itidem junctæ apparent,

χῆνας, νήττας, φάττας, τροχίλους.

Pergamus jam faustis avibus, ad Nubes, ubi opus fuerit, castigandas. Primum illud p. 62, non placet

ΣΤΡ. δεῦρ' ἔλθ' ἵνα κλάῃς. ΘΕ. διατὶ δὴ κλαύσομαι.

Duriusculum enim est, quod να in ἵνα ob geminam sequentem producitur, et aures offendit. Non paulo sane rotundius corriperetur; et eo pacto Strepsiadæ verba cæsura finirentur, quod venustius. Adde quod pro ἔλθ' reponendum est ἴθ' auctore Suida; qui in Δεῦρο ex Nubibus citat Δεῦρ' ἴθ ἵνα κλάῃς, hunc ipsum scilicet locum indicans. Quare omnino reponendum. Δεῦρ' ἴθ' ἵνα κλάῃς. Διατὶ δὴ κεκλαύσομαι: ut hæc ipsa Fab. p. 125. Μάτην ἐμοὶ κεκλαύσεται, σὺ δ' ἐγχανὼν τεθνήξει. Pag. 63. Ἀλλ' οὐκ ἐπείθετο τοῖς ἐμοῖς οὐδὲν λόγοις. Mollior et numerosior erit versus, si legeris, Ἀλλ' οὐκ ἐπίθετο. —Sic alibi passim habet πιθοῦ et πιθοίμην, potius quam πείθου. Pag. 66.

Λόγων ἀκριβῶν σκινδαλμοὺς μαθήσομαι.

Ubi Spondæus loco quarto ferri omnino nequit. Repone ex Suida et Hesychio,

Λόγων ἀκριβῶν σκινδαλάμους μαθήσομαι.

Anapæstus enim facile admitti potest eo loco; Spondæus ut dixi, minime.

Pag. 67. ψύλλαν ὁπόσους ἄλλοιτο τοὺς ἀυτῆς πόδας.

Leve quidem mendum; sed in tam loculenta tua editione nihil contemnendum: scribe τοὺς αὐτῆς πόδας. Pag. 71.

Ἀλλ' ἡ Λακεδαίμων ποῦ 'στιν. Ὅπου 'στιν; αὐτηί.

Rotundius fuerit, ποῦ 'σθ' ὅπου 'στιν. Ceterum versu sequente sic hodie,

Ὡς ἐγγὺς ἡμῶν. τοῦτο πάνυ φροντίζετε
Ταύτην ἀφ' ἡμῶν ἀπαγαγεῖν πόρρω πάνυ.

At olim alia lectio erat, τοῦτο μέγα φροντίζετε; quod Scholiastes agnoscit; et Suidas in Μέγα, ubi τὸ μέγα interpretatur πάνυ. Nimirum illud πάνυ ex glossemate irrepsit; et invenuste profecto, cum mox sequatur πόρρω πάνυ. Neque tamen τὸ μέγα admiserim; cum nomine quidem adjectivo junctum, ut μέγ' ἄριστος, fortassis in Comœdia Attica ferri potest; at cum

hoc verbo junctum pro μεγάλως plane Homericum[1] est. Quid ergo? equidem sic ab auctore scriptum esse existimo, vel potius suspicor;

Ὡς ἐγγὺς ἡμῶν. τοῦτο μεταφροντίζετε.
Ταύτην ἀφ' ἡμῶν ἀπαγαγεῖν πόρρω πάνυ.

Nempe viderat in tabula illa Geographica Spartam quam male oderat et metuebat, propinquam esse Athenis: hoc ille putabat facinus esse τῶν φροντιστῶν, qui eam tam prope adduxissent. Ergo, inquit, hoc μεταφροντίζετε, id est, mutate et corrigite hoc, ὦ φροντισταί, et Spartam quam longissime potest a nobis amolimini: alioqui pœnas dabitis. Hoc equidem sensu vocabulum eleganter et apposite fictum puto: tui erit judicii. Mox eadem pagina,

Αὐτὸς. τίς αὐτὸς Σωκράτης. Σώκρατες
Ἰὼ οὗτος ἀναβόησον αὐτόν μοι μέγα.

In priore versu deficit syllaba: Tu quidem siles; sed, opinor, reponis, Ὦ Σώκρατες. Et sane Scholiastes clare agnoscit istam lectionem. Frustra; nam præterquam quod adversus τὸ ἦθος peccat; apparet ex versu abhinc tertio, αὐτὸς σὺ κάλεσον, nondum tum Strepsiadem compellasse Socratem. Lego itaque.

Αὐτὸς. τίς αὐτός; Σωκράτης. τί; Σωκράτης.

Ut Latinis *quid* vel *hem* admirantis particulæ. Pag. 75. Sic hodie habemus, τὸ δὲ μὴ κυνῆν οἰκόθεν ἐλθεῖν ἐμὲ τὸν κακοδαίμονʼ ἔχοντα. Atqui κυνῆν priorem corripit. Ergo metri gratia repone κυνέην. Mox ibidem; pro χρυσέοις ἀρύεσθε πρόχουσιν, lege, χρυσοῖς ἀρύτεσθε πρόχουσιν. Hoc ἀρύτεσθε a Suida confirmatur, qui notat scriptum esse per τ. vide eum in Ἀρύτεσθε. Denique eadem pagina, Ἀέναοι νεφέλαι | ἀρθῶμεν φανεραὶ | δροσερὰν φύσιν εὐάγητον | πατρὸς ἀπ' ὠκεανοῦ βαρυαχέος | ὑψηλῶν ὀρέων κορυφὰς ἐπὶ | δενδροκόμους. Ubi ordo est, Ἀρθῶμεν ἀπ' ὠκεανοῦ ἐπὶ κορυφὰς ὀρέων. Quid igitur sibi volunt ista, δροσερὰν φύσιν εὐάγητον? Primum, nulla hic syntaxis est; neque ullum verbum, cui adhærere possunt. Neque enim hic dixeris, aut ἀρθῶμεν φύσιν, aut

---

(*Marg.*) [1] Nisi fortassis tueri possit quis, ex illo quod statim occurrit, ἀνάβόησόν μοι μέγα. Sic et alii dixerunt βραχὺ φροντίζειν, βραχέα φροντίζειν. Ergo, cum hæc mihi negligenti (*sic. An* religenti?) περιεργότερόν πως καὶ κακοζηλότερον videatur τὸ μεταφροντίζειν, unice nunc probo illam lectionem, μέγα φροντίζ. et sic excudendum puto.

φανεραὶ φύσιν. Deinde, quid est εὐάγητον? Suidas καθαράν, λαμπράν; Scholiastes παντταχοῦ φερομένην, ἢ λαμπράν. Quæ hariolationes sunt hominum ad incitas redactorum. Ex Antistropha εὔανδρον γᾶν, scias εὐάγητον secundam producere: ergo doricum est pro εὐήγητον. quid hoc ad λαμπράν? neque erit παντταχοῦ sed ῥᾳδίως φερομένην. Quæ si arridet interpretatio; tum legas licet, δροσεράν φύσιν εὐάγητοι. Sed languet meo judicio hæc oratio, et potius legerim δροσεράν φύσιν εὐγάθητοι, *jucundæ, delectabiles;* vel εὐάντητοι. Nimirum nubes, ubi roribus fœtæ sunt, εὐάντητοι; ubi tonitribus et procellis, δυσάντητοι merito dicantur. Sed nihil hic certi sine ductu Manuscriptorum: et queror te tam paucas variantes lectiones mecum communicare: cum sine dubio plures sint. Si omnes, ut ad te missæ sunt, mihi indicaveris; vel ex corruptis aliquid possem extundere. Pag. 77. Ναοί θ' ὑψιφερεῖς, καὶ ἀγάλματα. Quid illud? Florentinorum nempe commentum. Nam Aldus dederat ὑψιρεφεῖς. lege certissime ὑψερεφεῖς; ut Homerus passim —καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα. Pag. 78. Ησυχ' αὐτὰς — Peccat versus, qui a trochæo inchoatur: sed recte Aldus, Ἥσυχα ταύτας; et sic reponendum. Pag. 79. pro ἤδη νῦν μόλις ὁρῶ, tu ex codice Vaticano restituis ἀθρῶ. Hoc scilicet, quia Spondæus ibi requiritur. At ἀθρῶ cum compositis et similia vix unquam producuntur apud Comicos: deinde putidum est variare, καθορᾶν, et mox ἀθρεῖν. Sane Codicis Vaticani parva apud me auctoritas est, quantum ex excerptis tuis video; et recentissimus mihi videtur. Utcunque sit, adhuc syllaba desideratur ad versum complendum; et legendum ἤδη νυνὶ. Ego sic et ingenio restitueram:

Ὡς οὐ καθορῶ. Παρὰ τὴν εἴσοδον. Ἤδη νυνὶ μόλις ἑώρων. ἑώρων δισυλλάβως, ut sæpe: sic Ὀρνιθ. p. 427,

Ἑώρακα πάντων βαρβαρώτατον θεῶν.

Mihi quidem hæc verior et elegantior videtur lectio, quam illa Vaticana, quæ itidem a correctore quodam profecta est. Pag. 80.

Ταῦτ' ἄρ' ἐποίουν ὑγρᾶν νεφελᾶν στρεπταιγλᾶν δαΐον ὁρμάν.

Ita nunc editur: sed Aldus errore typographico duplicem accentum posuit, στρεπταίγλᾶν: quorum prior, non posterior, retinendus erat, et Scholiaste et Suida auctoribus. Etsi, ut jam

nunc animadverto, utramque lectionem proferat Scholiastes; ut crediderim dedita opera duplicem accentum ab Aldo fuisse positum. Sed quid demum est illud στρεπταίγλαν? explicant scilicet τὴν στρέφουσαν τὴν αἴγλην καὶ ἀφανίζουσαν, *avertentem solis radios.* Quod analogia ipsa non patitur; siquidem στρεπτὸς passive significat, non active: et deinde ipsa ἔννοια est humilis et puerilis. Verterim potius στρεπταίγλαν *tortum fulgur emittentem*; nam ad fulgur nubium, non solis lumen hic respici quivis poeta contenderit[1]. Tamen, utcunque hoc satis concinnum est, auguratur tamen animus poetam scripsisse στραπταίγλαν: στράπτειν scilicet est ἀστράπτειν, ut στεροπὴ, ἀστεροπὴ; σπάραγος, ἀσπάραγος; στραπὴ, ἀστραπὴ, si fides Etymologo. Mox lego,

εἶτ' ἀεριὰς, διερὰς, γαμψούς τ' οἰωνοὺς ἀερονηχεῖς, τ' addito: ne cum Scholiaste et Suida, *nubes* putide vocemus γαμψοὺς et οἰωνούς. et mox repono,

Κεστρᾶν τεμάχη μεγαλᾶν ἀγαθᾶν, κρέα τ' ὀρνιθήϊα κιχλᾶν.

Denique ibidem sic nunc editum est,

Ἀποκρίναι νῦν ἄττ' ἄν σ' ἔρομαι· Λέγε ταχέως ὅτι βούλει.

Nihil hic adnotas: mirabor tamen, si codices Mscripti in hac lectione consenserint. Corrigo: Ἀποκρίναι νῦν ἄττ' ἄν σ' ἔρομαι. Λέγε δὴ ταχέως, ὅτι βούλει. vel ἄττ' ἂν ἔρωμαι. Pag. 81. ex MSS. profers, πάνθ' ὅτι βούλονται, κᾆτ' εἰ μὲν. Meliuscule Aldus κᾆτ' ἢν μὲν. Ego jam olim restitueram,

Γίνονται πᾶν ὅτι βούλονται, κᾆτ' ἢν μὲν ἴδωσι κομήτην.

etsi et πάνθ' admitti poterit. Ibidem ex iisdem reponis,

Χαῖρ' ὦ πρεσβῦτα παλαιογενὲς, θηρατὰ λόγων φιλομούσων, et id melius quam παλαιγενὲς, ὦ θὴρ Scaligeri. etsi Suidas παλαιγενὲς hic firmet, et sic cæteri poetæ et Lexicographi. Quidni tamen παλαιογενὴς ut γηγενὴς. Pag. 82. Αὗται γάρ τοι μόναι εἰσὶ θεαί. quid tum, si solæ sunt *divæ*: et alii possunt esse dii nihilominus. Ergo lego, Αὗται γάρ τοι μόναι εἰσὶ θεοί, τἄλλα δὲ πάντ' ἐστὶ φλύαρος. vel forte, μόνοι εἰσὶ θεοί. *Hæ nubes sunt soli dii, quos nos agnoscimus.* Recte ibidem MSS. tui μεγάλοις δέ σ' ἐγώ σημείοις: et sic ego ex conjectura jam a multis annis. Mox ibidem. τούτῳ γέ τοι τῷ νυνὶ λόγῳ. lege ex metri ratione Νὴ τὸν Ἀπόλλω,

[1] (*Sic MS. Legendum videtur,* quivis a poeta cont.)

τοῦτο γέ τοι τῷ νυνὶ λόγῳ εὖ προσεφύσας. Ibidem legitur, Κᾆτα κρημνάμεναι πλήρεις ὄμβρου. plane contra metrum. Oportuit potius, Κᾆτα κρεμάμεναι: sed recte Aldus unica voce. κατακρημνάμεναι: neque conjunctio in sententia requiritur. Rursus ibidem pro οὐδέπω, corrige, Ἀτὰρ οὐδέν πω περὶ τοῦ πατάγου καὶ τῆς βροντῆς μ' ἐδίδαξας. Porro, p. 83. recte παππᾶξ bis scribis ex Vaticano; atque ita plane Suidas Παππᾶξ παππᾶξ, ἦχος πορδῆς. Restat tamen mendum, quod tu non animadvertisti. Primo inquit sonat παππᾶξ, secundo παπαππᾶξ, et tertio itidem παπαππᾶξ. Hoc ineptissimum; crescere enim debet sonus singulis vicibus hoc modo, παππᾶξ, παπαππᾶξ, παπαπάππᾶξ. Quare corrigo,

Ἀτρέμας πρῶτον παππᾶξ παππᾶξ, κἄπειτ' ἐπάγει γε παπάππᾶξ,
Χὥταν χέζω, κομιδῇ βροντᾷ παπαπαππᾶξ, ὥσπερ ἐκεῖναι.

vel verbo inverso sic légas

Ἀτρέμας πρῶτον παππᾶξ παππᾶξ ὑπάγει (*sic*) κἄπειτα παπαππάξ.

Pag. 83. iterum, sic legitur

Εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους πῶς δῆτ' οὐχὶ σίμων' ἐνέπρησεν

versus una syllaba excedit; et, aut πῶς aut δῆτ' ejiciendum est, etsi Suidas in Σίμων, et Scholiastes ad Acharn. p. 267, utrumque agnoscit. Dele vero πῶς, quod in priore parte sententiæ ponitur Καὶ πῶς ὦ μωρὲ σύ. Recte autem emendas, p. 84. Καὶ Σούνιον ἄκρον Ἀθηνῶν; ut et ego olim adolescens, tam vi metri, quam Homeri auctoritate Οδ. γ. (378.)

Ἀλλ' ὅτε Σούνιον ἱρὸν ἀφικόμεθ' ἄκρον Ἀθηνῶν.

Ibidem; Οὐκ οἶδ' ἀτὰρ εὖ λέγειν φαίνει—deest syllaba εὖ γε λέγειν, vel σύ, sed illud potius. Porro recte ex Laertio verborum ordinem permutas, Ὦ τῆς μεγάλης ἐπιθυμήσας σοφίας; ut et nos juvenes feceramus: in cæteris noli sequi Laertii scripturam, sed editiones; præterquam in illo

Μήτε ῥιγῶν ἄχθει λίαν μήτε γ' ἀριστᾶν ἐπιθυμεῖς.

qui bis peccat in metri legem. Trochæus perperam est in primo loco; deinde τε γ' ἄρισ non est anapæstus; ἀριστᾶν enim primam producit. Sed prius erratum corrigit Aldus μῆτε γε ῥιγῶν vel Suidas in Τρίβων, Μήτ' οὐ ῥιγῶν, vel Laertius

μήτ' αὖ ῥιγῶν; posterius Suidas et Laertius, τὸ γε abjicientes: tu versum sic imprimendum cura

Μήτε γε ῥιγῶν ἄχθει λίαν, μήτ' ἀριστᾷν ἐπιθυμεῖς.

Mox eadem pagina Ἀμέλει θαῤῥῶν ἕνεκα τούτων — vides tribrachyn tertio loco, qui admitti non potest; lege aut εἵνεκα τούτων, aut οὕνεκα aut potius ἕνεκεν ut paullo ante.

Pag. autem 85 sic editiones posteriores exhibent, Ἄλλο τι δῆτ' οὐ νομιεῖς εἶναι. tu rescribe ex Aldina

Ἄλλο τι δῆτ' οὖν νομεῖς ἤδη θεὸν οὐδὲν, πλὴν ἅπερ ἡμεῖς:

Sic plane Aldus, nisi quod οὐδένα cum reliquis habet, quod nos in οὐδὲν mutavimus, vi sententiæ. Ordo est, Οὐδέν τι ἄλλο νομιεῖς θεὸν, πλὴν ἅπερ ἡμεῖς. Recte autem οὖν pro οὐ: nam negatio est in οὐδέν. Mox versu sequenti, Οὐδ' ἂν διαλεχθείην, Suidas paullo melius in Ἀτεχνῶς habet, Οὐκ ἂν: et sic locus excudendus. Ceterum ibidem γνώμας μεγάλας, recte deles μεγάλας auctore MSto, ut nos juvenes ex loco Suidæ in γνώμα, et ex Vespis, p. 331.

Κἂν τῷ δήμῳ γνῶμας οὐδεὶς πώποτ' ἐνίκησεν, ἐὰν μὴ

qui locus huic plane germanus est. Illud vero eadem sententia Ὥστε τὸ λοιπόν γ' ἀπὸ τουδὶ, Suidas in γνώμα exhibet ἀπὸ τοῦ νῦν: alibi vero ἀπὸ τοῦ δή: sic enim loquitur, Ἀπὸ τοῦ δή, ἀπὸ τοῦ νῦν, Ἀριστοφάνης Νεφέλαις. Hunc ipsum locum voluit: nihilo tamen minus sanissima est lectio vulgata. Ibidem in Anapæstis legitur,

Αὐχμεῖν, ῥιγοῦν, ἀσκὸν δέρειν,

sine dubio mendose; cum Iambus sit pro anapæsto vel spondæo: Scaliger emendat ἀσκὸν δείρειν quod nusquam extat. Tu repone ἀσκόν τε δέρειν. illud enim ex pluribus novissimum ponitur; ergo recte τε additur. Idem mox in illo versu, Εὐρεσιεπὴς περίτριμμα δικῶν, reponit εὑρεσσιεπὴς; quod cum poeticum non nisi in choro tulerim, ego verius castigo, Εὐρησιεπὴς: et sic excudi debet; Pag. 87 nunc legitur, ἐν βροτοῖσιν ἕξεις; et apud Suidam in Οὐρανόμηκες habeter ἕξων: recte opinor; et sic totus locus constituendus. ἴσθι δε | ταῦτα μαθὼν παρ' ἐμοῦ | κλέος οὐρανόμηκες | ἐν βροτοῖσιν ἕξων. Attice dixeris ἴσθι ἕξων, potius quam ἴσθι ὡς ἕξεις. Illud præterieram p. 86.

Στρόφις, ἀργαλέος, ματιολοιχός.

Quod verbum agnoscunt Scholiastes, Photius, Suidas, Eustathius, alii. Hesychius habet *ματαιολοιχὸς*. Quorum alii a *μάταιος*, alii a *μάτιον* quod *ἐλάχιστον* significare volunt, vel a *μάτιον*, mensuræ genere, deducunt. Omnia hæc ex uno hoc Aristophanis loco fluxerunt, et eo quidem, ni fallor, mendoso. Nam ex Anapæsti lege *ματιολοιχὸς* primam producere debet; ergo non est a *μάταιον* quod primam corripit: illud vero *μάτιον* sive *minimum quid*, sive *mensura*, quo sponsore admittemus? Quis alias hoc dixit, quis fando audivit? Grammaticorum hæc deliria sunt, qui, ut celent ignorantiam suam, nihil non fingere audent; plane ut in *νιτάριον* et *βάτιον* jam antea vidimus. Nam, ut demus id quod contendunt, quæ demum sententia exorietur? *ματαιολοχὸς*, *vanorum linctor*, *vanilinguus* eleganter sane, *et ματιολοιχὸς*, *minimorum linctor vel mensurarum linctor*: quid restat, nisi ut tam putidis nugatoribus λειχάζειν dicamus. Minima enim mutatione sic locum corrigo,

Στρόφις, ἀργαλέος, ματτυολοιχός.

Ματτύη autem quid sit, optime calles, *bellaria* nempe, lautitiæ; turdi et id genus: nôsti illud Martialis, Inter quadrupedes mattya prima lepus: nôsti etiam ex Athenæo Aristophanem verbo Ματτύη offensum; *ματτυολοιχὸς* igitur, ut *κνισσολοιχὸς*, *mattyarum linctor*, quod non gulositatem modo, sed et impudentiam notare possit, ut cum cæteris hic epithetis *θρασὺς*, *τολμηρὸς*, &c. congruat. Iterum p. 87. *Εἰ μέν γ' ὀφείλεταί μοι*, corrige, *Εἰ μέν γ' ὀφείλεταί τι μοι, μνήμων πάνυ.* p. 88. Recte Scaliger, *Οὐ μὴ λαλήσῃς, ἀλλ' ἀκολουθήσῃς ἐμοί*: quod facillimum est, tum p. 89. *Οὕτω νικήσαιμ' ἔγωγε* — lege ex versus ratione,

Οὕτω | νική|σαιμι τ' ἐ|γὼ | καὶ νο|μίζοι | μην σοφός |
vel *σαιμί γ' ἐγὼ.*

Ea enim hujus Metri Eupolidei lex est inviolabilis, ut in tertio loco dactylus sit; at in disyllabis illis pedibus vel Iambus, vel Trochæus pro arbitrio Scriptoris licite usurpari potest. Falleris ergo, doctissime amice, cum p. 90, sic versum hujus generis refingis;

Ἀλλ' οὐδ' | ὡς ὑ|μῶν προ|δώ | σω ποθ' ἑ|κὼν τοὺς | δεξιούς.

hoc enim pacto, ut jam vides, in tertio loco Trochæum, dactylum vero post cæsuram ponit; utrumque contra versus rationem. Enimvero recte habet recepta Lectio,

Ἀλλ' οὐδ' ὡς ὑμῶν ποθ' ἑ|κὼν | προδώσω τοὺς δεξιούς.

Illud tibi credo errandi ansam dedit, quod pars posterior hujus ἀσυναρτήτου ab Iambo προδώ inceperit. Atqui hoc ut dixi legitime factum; ut iterum eadem pagina

Ζηλοῦσ' ἦλθ' ἦν πούπιτύ|χη | θεαταῖς οὕτω σοφοῖς.

Sic enim repone, non ut vulgo ἦλθεν ἦν. et rursus p. 91.

Ὃς μέγιστον ὄντα Κλέ|ων' | ἔπαισ' ἐς τὴν γαστέρα;

et sic alibi in aliis fabulis. Versus autem qui continuo sequitur, p. 91. sic se habet, Κούκετ' εἰσαῦθίς γ' ἐπεπήδησά γ' αὐτῷ κειμένῳ; at a Suida in Ἐμπηδῆσαι sic profertur, Οὐκ ἐτόλμησ' αὖθις ἐμπηδῆσαι αὐτῷ κειμένῳ; quæ ut sæpe fit ex Scholiastarum paraphrasi accepta sunt, non ex ipso textu. Quid autem illud ἐτόλμησα, et unde natum? Restituo tibi, ut opinor, lectionem veram diu extinctam, quam σχολιαστὴς ille expresserat,

Κούκ ἔτλησ' αὖθις γ' ἐπιπηδῆσαι γ' αὐτῷ κείμενῳ.

Οὐκ ἔτλησα vel ἔτλην *non sustinui non in animum induxi* jacenti insultare; hoc animi generosi argumentum erat. Quid vero illud ibidem?

Ἦν Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ'—

Φρύνιχος quidem primam longam habet, et utcunque esset brevis, in primo loco non stabit dactylus. Rejice igitur ἦν ad superiorem versum, sic,

Προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθυσὴν τοῦ κόρδακος οὔνεχ', ἦν
Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἦν τὸ κῆτος ἤσθιεν.

Εἶθ' Ἑρμιππος αὖθις πεποίηκεν εἰς Ὑπέρβολον.

Lege insuper in hoc novissimo αὖθι πεποι; ut dactylus sit in loco tertio.

Pag. 92. Ὦ σοφώτατοι θεαταὶ, δεῦρο τὸν νοῦν προσέχετε· Ferri quidem poterat pes ille proceleusmaticus; sed quid opus? cum et rotundius sit et ἀττικώτερον, —δεῦρο τὸν νοῦν πρόσχετε. sic potius Athenis loquebantur, quam προσέχετε; ut Pherecratis hac ipsa pagina a Scholiaste citatus, Ἄνδρες πρόσχετε τὸν νοῦν, Ἐξευρήματι καινῷ, Συμπτύκτοις ἀναπαίστοις. Sic et infra p. 114. lege

Προσχέτω τὸν νοῦν πρὸς ἡμῶν οἷα πείσεται κακά.

non προσεχέτω, ut editum. Sic in pluribus locis sequentium fabularum, quæ nunc me indicante tute per te corriges. Pag. 91. ἡ σελήνη δ' ἐξέλιπε: quivis legendum esse videat Ἡ σελήνη

δ' ἐξέλειπε τὰς ὁδοὺς· ὁ δ' ἥλιος. Illud vero ibidem, quod manifeste vitiosum est et metro repugnat,

Αὖθις ἐς τ' ἀρχαῖον ὑμῖν εἴτι κἀξημάρτηται
Ἐπὶ τὸ βελτίον τὸ πρᾶγμα τῇ πόλει ξυνοίσεται.

Recte, inquis, *exhibet MStus Vaticanus*, εἴτι κἀξημάρτετε: esto; at aliud restabat a te emendandum: quod enim fiet τῷ ὑμῖν? certo non erit ξυνοίσεται ὑμῖν; nam ait τῇ πόλει. Ergo legendum fuerit insuper —ὑμεῖς εἴτι κἀξημάρτετε; ut paullo ante Ἄττ' ἂν ὑμεῖς ἐξαμάρτητ'? et præterea, quod erit ἐς ταρχαῖον, *in statum pristinum?* Enimvero ξυνοίσεται ἐπὶ τὸ βελτίον ἐς ταρχαῖον. nullum sensum commodum gignit; neque ullus συμφέρειν ἐς ταρχαῖον usquam dixerit, sed εἰς ταρχαῖον κατασταθῆναι. vide ergo an nobis melius successerit emendatio.

Αὖθις ὡς ταρχαῖον, ὑμῖν εἴτι κἀξημάρτετο,
Ἐπὶ τὸ βελτίον τὸ πρᾶγμα τῇ πόλει ξυνοίσεται.

Jam iterum inquit, sicut olim, sicut ab initio, si quod a vobis peccatum fuerit, id in melius vertet civitati. Pag. autem 94. et vitiosa interpunctio est, et levis error in litera; quæ tamen sententiam pessime deturpant

Ἄλλα τ' εὖ δρᾷν φησιν ὑμᾶς, κοὐκ ἄγειν τὰς ἡμέρας
Οὐδὲν ὀρθῶς, ἀλλ' ἄνω τε καὶ κάτω κυδοιδοπᾷν.

Tu lege et distingue Ἄλλα τ' εὖ δρᾷν φησιν, ὑμᾶς δ' οὐκ ἄγειν τὰς ἡμέρας, &c. Luna quidem præter illa supra memorata, pluribus vos beneficiis ait se afficere; vos vero ingratos omnes dierum rationes conturbare. Pag. 95. dele τὸν et scribe. Ἥνικ' ἂν πενθῶμεν ἢ τὸν Μέμνον' ἢ Σαρπήδονα. Pag. 96. lego et sic contra Scholiastem explico:

Τίς ἄλλος ἀντὶ τουτονὶ νῦν δακτύλου;
Πρότου μὲν ἔτ' ἐμοῦ παιδὸς ὄντος, οὑτοσί.

Priore versu digitum indicem porrigit, posteriore medium et infamem. Versu vero sequente. Ἀχρεῖος εἶ καὶ σκαιός. Ubi scis aliam fuisse olim lectionem. Suidas enim in Ἀγρεία, legit ἀγρεῖος et alteram etiam memorat ἄγροικος, quæ prioris interpretamentum est. Tu vero Suidam hic sequi non dubita; sic enim supra p. 95. ἄγροικον et σκαιὸν una posuit auctor. Ἀγρεῖος autem alibi usurpat Thesmoph. p. 515. Ἀγρεῖον ὄντα καὶ δασύν. Pag. 98. Ὁρᾷς γυναῖκα δὴ τὴν Ἀμυνίαν λέγεις. tollo δὴ ob versum et sic Aldus. Pag. 98.

ταχὺς δ' ὅταν γ' εἰς ἄπορον πέσῃς
ἐς ἄλλο πήδα νόημα φρενί.

Hæc Suidas binis locis in Μεταπήδα et ταχὺς sic exhibet

ταχὺς δ' ὅταν εἰς ἄπορον ἐμπέσῃς
ἐπ' ἄλλο πήδα νόημα φρενός.

De priore equidem nihil habeo quod dicam; cum neque metri lex nèque ulla Antistrophæ ratio lucem hic affundat: sed de posteriore pæne constat mihi sinceram esse Suidæ lectionem; siquidem Scholiastes quoque totum firmat, et τὸ φρενὸς in ipso textu Aldus exhibet. Pag. 98. versu ultimo et p. 99. primo; sic distingue et ad versus redige,

Καὶ μ' ἀπολοῦσιν. Μὴ νῦν βαρέως
Ἄλγει λίαν. Καὶ πῶς, ὅτε μου, et mox
Φρούδη ψυχή, φρούδη δ' ἐμβάς,

sublato δὴ, auctore etiam Aldo. Sunt Anapæsti dimetri. Pag. 100. Κίνησον οὐθὶς αὐτό. Neque syntaxis neque sententia constat. Corrigo, —Κᾆτα τὴν γνώμην πάλιν
Κίνησον αὖθ' εἰς αὐτὸ, καὶ ξυγώθρισον.

Pag. 102. quæris utra lectio præferenda, ἀπολέψεις, an quod membranæ et Suidas præferunt ἀπολάψεις: sine dubio prior ob justiorem metaphoram anteferenda est; decorticare, deglubere, quod nostrates (*to flay*[1] *him*;) potius quam *absorbere*. Recepta igitur lectio non est loco movenda: tamen quoniam olim hic variatum est, addo et aliam ex conjectura ἀπολόψεις, quod ipsum est quod σχολιαστὴς hic suggerit, ἀπολεπίσεις; aut melius ἀποτιλεῖς, *avelles*. Scis illud Callimachi Ὤλοψεν δὲ βίηφι; et emendationem meam a te ad Suidam tantopere laudatam, Ἀ μεγάλα δ' Αἴγυπτος ἐὰν ὠλόψατο χαίταν. Hesychius noster, Ὀλόπτειν, λεπίζειν, τίλλειν, κολάπτειν. Idem alibi, Διαλουφῶν (mendose pro διολούφων) Ὀλούφειν γὰρ οἱ Ἀττικοὶ τὸ τίλλειν.

Pag. 103. Σὺ δ' εἰς τοσοῦτο τῶν μανιῶν ἐλήλυθας,
Ὥστ' ἀνδράσιν πείθειν χολῶσιν—

Quid hoc πείθειν utique non est *obtemperare*, sed *persuadere*. Lege sine dubio cum Aldo, Ὥστ' ἀνδράσιν πείθει χολῶσιν. Atticum quippe est πείθει pro πείθῃ a πείθομαι. Quid quod Suidas etiam in Χολῶσι, πείθῃ exhibet. Pag. 104. Ἐπιλανθανόμην ἂν. Scribe ut numerosius currat versus, Ἐπελαθόμην

[1] (MS. *flee.*)

ἂν εὐθὺς ὑπὸ πλήθους ἑτῶν. Ibidem pro πειθόμενος bis repone πιθόμενος:

——εἶτα τῷ πατρὶ
Πιθόμενος ἐξάμαρτε. κἀγώ τοι ποτὲ
Οἷδ' ἐξέτει σοι τραυλίσαντι πιθόμενος.

Certe in posteriore loco licet ipse Suidas in ἐξέτει habet πειθόμενος, necessaria est hæc emendatio, ne in loco sexto fiat Anapæstus loco Iambi. Ibidem

Τοὔτου πριάμην σοὶ διασίοις ἀμαξίδα.

Placet quod Suidas habet in ἀμαξίς,

Ὅτ' ἐπριάμην σοι, &c.

Nisi ὅτε legas, sententia hiat: refertur autem ad τὸ ποτὲ versu superiore. Locutio vero Atticissima, ὅτε ἐπριάμην σοὶ ἀμαξίδα, ὃν πρῶτον ὀβολὸν ἔλαβον; pro ὀβολοῦ ὃν πρῶτον. Ita passim Græci, et Terentius et Flaccus noster; Serm. II. 2. Cujus odorem olei nequeas perferre — cornu ipse bilibri Caulibus instillat, pro instillat oleum cujus, &c. Quare noli dubitare Lectionem Suidæ sequendam esse; τὸ τούτου natum est ex glossemate interlineari, quod scripserat quis ad syntaxin expediendam. Pag. 105. Ἰδοῦ κρέμαιό γ' ὡς— atque hoc modo pes erit ἀμφιβραχὺς, κρέμαιό γ' ὡς Iambico non admittendus. Lege igitur

Ἰδοὺ κρέμαι, ὡς ἠλίθιον ἐφθέγξατο.

Ibidem

Καίτοι ταλάντου τοῦτ' ἔμαθεν Ὑπέρβολος.

Ita et Suidas in Ἀναπειστηρίαν. Tu vero ob versum, ut ais, ἔμαθεν γ' ibi reposuisti. Perperam; versus enim bene habet, quem tu tardiorem efficis, qui pro Tribracho inducis Anapæstum. Ibidem Ἐγὼ δ' ἀπέσομαι. Ita et Suidas in Ἀπέσομαι. Vix tamen crediderim non solito suo more auctorem hic dedisse, Ἐγὼ δ' ἄπειμι. Pag. 106. nunc legitur

γνώμας καινὰς ἐφευρίσκων.

Atqui Anapæsti hi non recipiunt Iambum; quod qui semel noverit, facile emendabit,

Γνώμας καινὰς ἐξευρίσκων.

mox paullo infra

Γνωσθήσει ποτ' Ἀθηναίοισιν
Οἷα διδάσκεις τοὺς ἀνοήτους.

Ubi in fine Anapæstici Trochæus est. Ego vero multis probavi cum in notis ad Malelam, tum in Dissertatione de Phalaridis

epistolis, nullam hic esse in novissima versus syllaba communem, ut aiunt, quantitatem; sed omnes Anapæstos perpetuo tenore decurrere usque ad versum Parœmiacum, qui pro more agmen claudit. Quod a mille annis nemini ut videtur observatum, dignum est quod in Prolegomenis tuis locum invenjat; Unus enim Aristophanes infinita ejus rei exempla præbet: et quotiescunque aliter nunc extat, locus mendi manifestus est. Quemadmodum hic, ubi non minus ob sententiam, quam ob versum reponè,

Γνωσθήσει ποτ' Ἀθηναίοισιν
Χ' οἷα διδάσκεις τοὺς ἀνοήτους.

Ibidem recte tu sequeris vetustas editiones, ἐκ πηριδίου: et valeant Genevenses cum inficeto illo Εὐριπιδίου. Pag. 107.

Παίδευσον, ὅπως ἂν ἀκούσας σφῶϊν
Ἀντιλεγόντων, κρίνας φοιτᾷ.

Ubi Scaliger, aliud credo agens, temere reposuit φοιτῶ. Illud vero nunc semel te monebo, quod centies tibi usui erit, ut semper in textu excudas σφῷν, νῷν, πρῷ &c. non σφῶϊν, νῶϊν, πρῶϊ, ut antehac factum, nam ubique ea vocabula monosyllaba sunt apud Aristophanem. Sapienti verbum est satis. Versu sequente,

φέρε τίς λέξει πρότερος ὑμῶν

ex tribracho, qui ab hoc versu alienus est; fiat anapæstus πρότερός γ'. Illud quod antea festinans præterieram; nunc ne iterum me effugiat hic indicabo: pagg. 86. et 87. a versu Λῆμα μὲν πάρεστι τῷδ' usque ad illum Ἄγε δὴ κάτειπε, omnia illa quæ in editionibus *Socrati* tribuuntur, ad Chorum pertinere; et in margine pro ΣΩ edendum esse XO. Multis mihi indiciis hoc compertum est: primo Socrates non *cantica* facere debet sed Chorus: Illud vero τὸν πάντα χρόνον μετ' ἐμοῦ διάξεις an de Socrate dici potest? immo de Nubibus quarum cultor perpetuus futurus erat Strepsiades. Jam autem quod præcedit ταῦτα μαθὼν παρ' ἐμοῦ, cujus opinor caussa hæc Socrati affingebantur, etiam ad Nubes pertinet, qui p. 85. hoc ei promittunt, ἄλλ' ἔσται σοι τοῦτο παρ' ἡμῶν. Tum vero, quod maxime valet, distichon illud anapæsticum, p. 87. ἄλλ' ἐγχείρει τὸν πρεσβύτην, &c. semper fere cantica claudere solet, si Anapæstici mox sequantur; vel si Trochaïci, distichon Trochaicum; et eidem personæ tribuitur quæ canticum cecinerat. Id tute

observabis in aliis Dramatibus. Sed aliud nunc succurrit quantivis sane momenti, quod et ornamento erit editioni tuæ et eruditis lectoribus compendio. Omnino tibi auctor sum, ut Stropharum et Antistropharum versus numeris suis notentur, ut statim sciatur quis cui respondeat; quemadmodum olim a Cantero factum est in Tragicorum editione. Ergo p. 92. versus Strophæ duodecim numerentur; et itidem Antistrophæ quæ habetur p. 94. et utrobique vel pagina vel versus totius Dramatis indicetur; ut continuo appareat, quæ Stropha cui Antistrophæ respondeat; et vicissim: nam interdum remotiores sunt: ut Stropha illa decem versuum pag. 107. antistropham suam demum habet p. 111. Nunc redeo ad paginam 107, unde digressus eram Ὁππότερός γ' αὐτοῖν λέγων Ἀμείνων φανήσεται. Primo illud αὐτοῖν non convenit præcedenti verbo δείξετον; persona enim perperam mutatur: *ostendite*, uter *illorum* melior pro *vestrum*. Ergo si αὐτοῖν retinendum erit, legemus Νῦν δειξέτων τῷ πισύνῳ; *ostendant*, non *ostendite*. Sed sine dubio præstat, ut Chorus eos compellet potius, quam ut de præsentibus persona tertia loquatur. ergo corrigendum veniet τὸ αὐτοῖν, et sane versus hic non est par socio suo in Antistropha:

1. Ὁππότερός γ' αὐτοῖν λέγων
2. Εὐδαίμονες δ' ἀρ' ἦσαν οἳ

Ergo et versus et sententiæ gratia sic repono,

Ὁππότερος ἄν γέ | σφων λέγων,

ut,

Εὐδαίμονες δ' ἄρ' | ἦσαν οἵ.

vel si αὐτοῖν quovis pacto retinendum putas; tum lege, Ὁππότερος ἄν γ' αὐτοῖν λέγων, memor tamen tum omnino castigandum fore, δειξέτων pro δεῖξετον. Porro si id forte nescis, sex septem versus ex pulcherrima illa ῥήσει, Λέξω τοίνυν τὴν ἀρχαίαν, &c. p. 107. producit Aristides in Oratione pro Quattuorviris p. 168, 169. Id notas tuas auctiores faciet. Atque ex eo id observabis, φωνὴν παιδὸς γρύξαντος p. 108. venustius multo apud Aristidem extare, ordine inverso,

Πρῶτον μὲν ἔδει παιδὸς φωνὴν γρύξαντος μηδὲν ἀκοῦσαι.

et sic prorsus excudi debet. Illud mox, κεἰ κριμνώδη κατανίφοι verissima Scriptura est; neque permutaverim eam aut τῷ Suidæ κρημνώδη aut τῷ Aristidis κρυμώδη. Et iterum ibi-

dem, Ἡ Παλλάδα περσέπτολιν δεινάν—utcunque et Suidas et Aristides et Tzetzes Chil. 1. 25, agnoscant, versus tamen imperat et cogit, ut περσέπολιν reponamus. Horribilis vero versus est, qui mox sequitur,

Εἴδωλον τοῖσιν ἐρασταῖς τῆς ἥβης μὴ καταλείπειν γε;

ubi anapæstus venit locò dactyli; ut omittam cæsuras insuavissimas; et inhonestum illud γε, quod caudæ instar a tergo dependet. Lego vero fidenter,

——καὶ προνοῆσαι,

Ὥστ' εἴδωλον τοῖσιν ἐρασταῖς τῆς ἥβης μὴ καταλείπειν.

sequitur ibidem,

Οὐδ' ἂν μαλακὴν φυρασάμενος τὴν φώνην πρὸς τὸν ἐραστὴν ἂν

Αὐτὸς ἑαυτὸν προαγωγεύων τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐβάδιζεν.

Ubi illud ἂν furcillis ejiciendum, quod nescio unde versui integro stulte adnexum est. Deinde quid sodes est φυρασάμενος φώνην: quis unquam dixerit *vocem miscere ad amatorem?* Sexcenti codices nunquam a me impenetrabunt ut hoc credam ab auctore profectum. Vide an Aristarchi μαντικὴν in pectore habeam, cum sic lego,

Οὐδ' ἂν μαλακῇ ψιθυριζόμενος τῇ φώνῃ πρὸς τὸν ἐραστὴν,

Κ' αὐτὸς ἑαυτὸν προαγωγεύων τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἐβάδιζεν.

Poteris etiam, κνυζησάμενος, vel σκυζησάμενος,

P. 108. sic habemus

Ὥστε μ' ἀπάγχεσθ' ὅταν ὀρχεῖσθαι Παναθηναίοις δέον αὐτοὺς

Τὴν ἀσπίδα τῆς κωλῆς προέχων ἀμελῇ τῆς τριτογενείας.

Ubi Scholiastes duo notat animadvertenda; olim hoc σεσημειῶσθαι, Post plurale αὐτοὺς singulare induci προέχων ἀμελῇ pro προέχοντες ἀμελῶσι; alterum quod olim varia lectio ferebatur, ἀμέλει non ἀμελῇ. Quod ad prius attinet; nunquam crediderim solœcismum illum ab auctoris manu esse; posterius libenter amplector, et veram lectionem agnosco: lego enim

Τὴν ἀσπίδα τῆς κωλῆς προέχωσ', ἀμέλει τὴν τριτογενείας.

Quorum hæc est sententia: Sub mea disciplina adolescentes γυμνοὶ incedebant publice (pag. 108.) at sub tua incedunt ἐν

ἱματίοις ἐντετυλιγμένοι, ut ira et mœrore conficiar, quoties video eos, qui Panathenæis γυμνοὶ καὶ ἀσπιδοφοροῦντες saltare debent, non saltare quidem, sed τὴν ἀσπίδα τῆς κωλῆς προέχειν [1] manibus demissis, ne scilicet nuda genitalia conspiciantur; quod olim vulgare erat et minime erubescendum: quin quod magis adhuc absurdum est, ἀμέλει αὐτὴν τῆς Παλλάδος ἀσπίδα, *etiam* ipsum Minervæ clypeum (etenim clypei ex Arce delati tum in pompa ferebantur) is qui gestat, prope veretrum suum præfert; quod deæ virgini et tam castæ maxime contumeliosum. Hæc pluribus; quia nescio an vulgo recte hæc accepta sint [2]. Sequitur eadem pagina—καί σε καλοῦσιν βλιτομάμαν; ubi non contemnenda varia lectio est apud Suidam in Βλιτομάμας, καί σε καλοῦμεν; nos vocabimus, ego et meæ disciplinæ sectatores, magna pars populi. Tamen lectio recepta, quam et Scholiastes agnoscit, non est sollicitanda. Sed præterieram id, de quod consulis p. 109. Αἰσχρὸν ποιεῖν, ὅτι τῆς αἰδοῦς μέλλεις τἄγαλμ' ἀναπλήσειν quippe Scholiastes aliam profert lectionem, τἀγαλμ' ἀφανίζειν. Primo reponis ob metrum τὤγαλμα; quod usitatius est fateor: sed ut sæpe per ᾱ profertur synalœpha, non per ω, ut τἀγαθὸν pro τὸ ἀγαθὸν, atque hic itidem ex brevi syllaba fit longa. Ergo et stare poterit τἄγαλμα: sed, ut mihi videtur, latent hic vestigia diversæ lectionis. Erant enim, credo, qui scriberent μέλλεις τἀγάλματα πλήσειν: unde illud τά— remansit, etiam postquam ἀναπλήσειν repositum. Hoc ex Scholiaste conjicio, qui sic παραφράζει, εἴπερ μέλλεις τῆς αἰδοῦς τὰ ἀγάλματα πληρώσειν. Neque tamen hanc lectionem temere admiserim; quia altera olim lectio ferebatur, ἀφανίζειν, narrante Scholiaste; unde necessario τἄγαλμα, vel potius, ut tu mavis, τὤγαλμα tum scriptum erat. Utra igitur lectio melior, ἀναπλήσειν an ἀφανίζειν? tu posteriorem præfers neque injuria. Quid enim sit *implere* ἄγαλμα, si dixero me intelligere; sententiam quidem percipio, dictionem non probo. At ἀφανίζειν *corrumpere agalma*, si de versu bene constet, nihil est quod verba vituperes.

(*Marg.*) [1] Scis olim saltationem manuum magis et brachiorum motu quam pedum constitisse: quod plurima auctorum loca testantur.

[2] Si hæc tibi minus arrident, lege sensu recepto, verbis diversis προέχωσ' ἀμελεῖς τῆς τριτογενείας.

Ergo sensum excutiamus: Disces, inquit, foro abstinere et balneis, disces pudorem ingenuum, senioribus loco cedere, parentibus non malefacere, neque aliud quid turpe admittere, ὅτι τῆς αἰδοῦς μέλλεις τὤγαλμ' ἀφανίζειν (ἀναπλήσειν) *quia eo pacto Pudoris signum (imaginem) corrumpes.* Plana quidem hæc illatio est, sed oppido friget: atque eo ipso quod tam plana est, a correctoribus videtur profecta, qui τὸ ἀναπλήσειν non probabant. Contra, si ἀφανίζειν a principio extitisset; quis tam lævus, ut ἀναπλήσειν ex conjectura substitueret? Equidem sic existimo, τὸ ἀναπλήσειν non certo studio, sed casu et incuria in textum irrepsisse, a vera lectione paullulum deflexum. Sic enim lego,

——ἄλλο τε μηδὲν
Αἰσχρὸν ποιεῖν, ὅτι τῆς αἰδοῦς μέλλεις τὤγαλμ' ἀναπλάσσειν.

Nihil turpe, inquit, committes; quia id institutum tuum est ea disciplina, ut verum te Pudoris simulachrum *effingas.* Porro ἀναπλάσσειν ἄγαλμα ex cera, argilla &c. propriissime dictum tu optime nôsti. Neque id te morabitur, quod ἀναπλάττειν potius dicere voluerit: sic enim καταπλάσσειν bis in Pluto habemus. Eadem autem pagina non est ut cuncteris in textu reponere τὸ εἰσάττειν pro εἰσιέναι; cum et elegantius sit, et a Suida agnitum, non bis solum ut tu notasti, sed et tertio in v. Ἄχρηστα. Pag. 110. Καὶ πρὸς τούτοις προσέχοις τὸν νοῦν; tu scribe cum Scaligero προσέχῃς, ut ποιῇς versu præcedente. Pag. 111. In Antistropha, v. 7.

τῶν προτέρων | πρὸς οὖν τάδ' ὦ | κόμψο

non respondet compari suo

Νῦν γὰρ ἅπας | ἐνθάδε κίν | δυνος.

Ergo repono,

Τῶν προτέρων | πρὸς δὲ τάδ' ὦ | κόμψο.

Ibidem sic editum est,

εἴπερ τὸν ἄνδρ' ὑπερβαλεῖ, καὶ μὴ γέλωτ' ὀφλήσας

ubi patet ex ὑπερβαλεῖ legendum esse ὀφλήσεις. versu autem sequente

Καὶ μὲν πάλ' ἔγωγ' ἐπινιγόμην τὰ σπλάγχνα, κἀπεθύμουν.

duplex est erratum, nam et Anapæstus est loco Iambi, et præ-

terea πάλ' non est πάλαι *jamdiu*, sed πάλι *rursum*: Lege igitur,

Καὶ μὴν πάλαι γ' ἐπνιγόμην, vel propius adhuc, Καὶ μὴν πάλαι 'γὼ 'πνιγόμην. Iterum ibidem, Ἐπίσχες· εὐθὺς γάρ σε μέσον ἔχω λαβὼν ἄφυκτον. Suidas in Εὐθὺς inverso ordine, εὐθὺς γάρ σ' ἔχω μέσον λαβὼν ἄφυκτον. Numerosior est Suidæ lectio, et memini ex Ranis p. 140. —νῦν ἔχῃ μέσος.

P. 113. εἶεν πάρειμ' ἐντεῦθεν ἐς τὰς τῆς φύσεως ἀνάγκας. Dactylus male habetur pro Trochæo. Scribe igitur τὰς τῆς φύσεος ἀνάγκας, ut in Pluto p. 49.

Τάλαιν' ἐγὼ, τῆς ὕβρεος ἧς ὑβρίζομαι.

Versu autem proximo Ἥμαρτες, ἠράσθης, ἐμοίχευσάς. τι; κατελήφθης. ubi ut scabram et stolide interruptam orationem præteream, ipsum metrum non constat? lege sine dubio, Ἥμαρτες, ἠράσθης, ἐμοίχευσάς τι, κἆτ' ἐλήφθης;

Mox ibidem,

Τί δ' ἦν ῥαφανιδωθῇ γε πειθόμενός σοι, τέφρᾳ τε τιλθῇ.

Ad quem versum sic tu narras, Aut, ais, lege πιθόμενος; *aut* ῥαφανιδωθῇ πειθόμενος, *omisso* γε, *ut habet MS. Vaticanus.* Atqui neutro modo versus concinnabitur; et sic utique excudendus erit,

Τί δ' ἦν ῥαφανιδωθῇ πιθόμενός σοι, τέφρᾳ τε τιλθῇ.

Ibidem sic hodie disponuntur versiculi

Πολὺ πλείονας, νὴ τοὺς θεοὺς
Τοὺς εὐρυπρώκτους
Καὶ τουτονὶ γοῦν οἷδ' ἐγὼ κἀκεινονί,
Καὶ τὸν κομήτην τουτονί.

Tu sic digere, ut omnes similes sint,

Πολὺ πλείονας, νὴ τοὺς θεοὺς | Τοὺς εὐρυπρώκτους· τουτονὶ
Γοῦν οἷδ' ἐγὼ, κἀκεινονὶ, | Καὶ τὸν κομήτην τουτονί.

Pag. 114. adde γε.

Ὠχρὸν μὲν οὖν οἶμαί γε, καὶ κακοδαίμονα.

et versu sequente

1. Χώρει νυνί, οἴομαι δὲ
2. Σοὶ ταῦτα μεταμελήσειν.

ut sit *νυν* breve encliticum; non *νῦν nunc*. Et sic Aldus dedit: versus isti bini sunt inter se similes. Pag. vero 115. quid de illo fiet,

χρὴ γὰρ ἐπιθαυμάζειν τι τὸν διδάσκαλον.

Neque enim vel Suidæ vel Eustathio fidem habere possum, qui ἐπιθαυμάζειν exponunt μισθοῖς τιμᾷν. Hæc interpretatio ex vi *sententiæ* enata est, non quod apud quemquam alium ἐπιθαυμάζειν eo sensu positum invenerint. Equidem non video quibus fidiculis ex vi *verbi* extorquere hoc possint. Quæ apud σχολιαστὴν hic habes, Florentinis debentur: Aldus ea non agnoscit. Mihi hic aquam hærere fateor. Si ut in nova Comœdia fit, Strepsiades ad Spectatores conversus hæc diceret, Socrate non audiente; tum suspicarer auctorem dedisse

χρὴ γὰρ πιθηκίζειν τι τὸν διδάσκαλον
vel χρὴ γὰρ ὑποθωπεύειν τι τὸν διδάσκαλον.

Scis enim πιθηκίζειν et ὑποθωπεύειν Aristophanis verba esse, pro *munusculo delinire*. Sed non memini hanc artis δεινότητα in vetere comœdia obtinuisse. An legendum ut Socrates audiverit, ἐπιψωμίζειν *dare quod comedat?* Farinæ enim sacculum tum Socrati donat. Non est otium ut fugitivum illud quodcunque est diutius nunc investigem: aut tu, aut ipse fortassis posthac inveniam. Pag. 116. Αὐτοὶ καὶ τἀρχεῖα καὶ τόκοι τόκων. Edendum erit τἀρχαῖα. Etsi enim Suidas in τῷ κλάετε habet τἀρχεῖα, at alibi in sua serie (quod multo majus est) Ἀρχαῖα agnoscit. Idem in versu sequente ἐργάσαισθε præfert, non ἐργάσησθε, parvi interest. Eadem pagina sic nunc habetur

——— καὶ δοκεῖν
Ἀδικοῦντ' ἀδικεῖσθαι, καὶ κακουργοῦντ' οἶδ' ὅτι.

At aut nihil video, aut ipsa nive frigidius est illud κακουργοῦντ' οἶδ' ὅτι. Quid enim sententiæ confert? ubi antitheton? non crescit sententia, sed languet et labascit. Vix mihi tempero, quin sic ab auctore datum pronuntiem.—καὶ δοκεῖν Ἀδικοῦντ' ἀδικεῖσθαι, καὶ κακουργοῦντ' εὐποιεῖν. Certe aut ita scripsit Aristophanes, aut dormitavit: etsi et Suidas in verbo Τί λέγεις illud οἶδ' ὅτι jam olim agnoverit. Pag. 117, Sic legitur,

Ἵνα δὴ τί τὴν ἔνην προσέθηκεν· Ἵν' ὦ μέλε.

Numerosius repone προσέθηχ'. Pag. 117. ἀμφορεῖς νενασμένοι: Quæris an sic scribendum sit, an ut Suidas bis et MSS.

Vat. *νενησμένοι*. Equidem priorem lectionem haud libenter admiserim: neque enim *νενασμένος* est *plenus*, ut vas plenum dicitur, sed *pressus, onustus*. Et quid hoc ad amphoram? Quod si maxime *νενασμένος* esset *πεπληρωμένος*, tamen abhorret a sententia loci Amphora enim tum cum *plena* est, utilissima est; neque inde metaphoram trahi commode potest ad contumeliam designandam. At contra ubi semel inanes sunt vel fractæ, tum demum inter rejectanea, et concumulantur in loco quodam abdito; et vel integræ mucescunt et putescunt. Placet igitur *τὸ νενησμένοι*, vel potiùs ut Suidas, Xenophon, ut Hesychius, *νενημένοι*. Pag. 118. Ἀπερυθριάσαι μᾶλλον, ἢ σχεῖν πράγματα. Pro quibus Suidas in Ἀπερ: sic videtur legisse, —ἀλλὰ κρεῖττον ἦν εὐθὺς τότε Ἀπερυθριάσ', ἢ χρήσαντά με σχεῖν πράγματα. Sed non sequor. Sequente vero versu, quid opus est dactylo isto *οὕνεκα*, quamvis et Suidas habet in Κλητεύειν; certe expeditior incedit versus, si legis, Ὅτε τῶν ἐμαυτοῦ γ' ἕνεκα νυνὶ χρημάτων. Ibidem cave tibi a turpi errato Genevensium, ex Basileensi traducto

Καὶ ταῦτ' ἐθελήσεις ἀπομόσαιμι τοὺς θεούς:

recte enim Aldus ἀπομόσαι μοι. Pag. 119. vere a viris doctis personæ collocatæ sunt, ΔΑ. Καὶ Ζεὺς γελοῖος ὀμνύμενος; ΣΤ. τοῖς εἰδόσιν, nisi quod adhuc restat erratum, ut opinor. Sic enim lego

Καὶ Ζεὺς γελοῖος ὀμνυμένοις; τοῖς εἰδόσιν.

Ibidem ridicule legitur. Τί σοι δοκεῖ δράσειν; Ἀποδώσειν σοι δοκεῖ: tu excude ἀποδώσειν μοι δοκεῖ; hoc est, δοκεῖ μοι; non, ἀποδώσειν σοι, Nisi forte, quia et σχολ. agnoscit σοι, jocum hic captaverit ille Testis, quasi dixerit, *tibi* quidem videtur redditurus, mihi nihil minus. Sic Βατράχοις p. 134.

Ἦ μὴν κόβαλά γ' ἐστὶν ὡς καὶ σοὶ δοκεῖ.

Ibidem Οὐκ ἄρ' ἀποδώσεις; at Suidas etiam in sua serie v. οὐκ ἂν &c. six exhibet, Οὐκ ἂν ἀποδοίης; οὐχ ὅσον γέ μ' εἰδέναι. Repetere verba est hominis irati. Pag. 121, non intelligo illud,

Οὐκ ἀποδιώξεις σαυτὸν ἐκ τῆς οἰκίας;

Quomodo enim ipse se ἀποδιώκοι? duo sint necesse est. Ego vix dubito sic scripsisse Aristophanem: Οὐκ ἀπολιβάξεις αὐτόθ' ἐκ τῆς οἰκίας; ut in Avibus p. 423. Οὐκ ἀπολιβάξεις

ὦ κάκιστ' ἀπολούμενος; Scis quid Suidas, Hesychius, alii de hoc verbo commententur. Pag. eadem, de ἄξεις ἐπιαλῶ nescio quid dicam, præterquam et tuam et varias Scholiastæ cum lectiones tum interpretationes sine dubio falsas esse. Mihi autem nihil nunc succurrit. Latet, opinor, phrasis aliqua ad aurigationem pertinens; quam tu investiga. Nisi fortassis hoc arrideat—αἴξεις; ἐπαλιῶ κεντῶν ὑπὸ τὸν πρωκτόν σε τὸν σειραφόρον. hoc est *an excurres?* ego te in hippodromum adigam, &c. ἀλίσαι et ἐξαλίσαι vide in σχολ. et Polluce. Pag. 122. Γνώμας τ' ἐναντίας λέγειν, dele τ' cum Scaligero; ordo est, δεινὸν λέγειν γνώμας, &c. Pag. eadem, Stropha respondet Antistrophæ p. 124, et numeris notandi erunt versus. Sed illud

λῆμ' ἐστι τἀνθρώπου

non convenit cum pari suo

Ἀλλ' οὐδ' ἐρεβίνθου.

Ergo repone sine dubio,

Λῆμ' ἐστι τὸ τἀνδρός, i. e. λῆμα τὸ τοῦ ἀνδρός.

Pag. 123 illud vitiose editum est Οὐ γὰρ τότ' εὐθὺς χρῆν σε γ' ἄρα τύπτεσθαι καὶ πατεῖσθαι. Spondæus enim locum Trochæi invasit; nisi forte quis cum Gronovio et Jensio stolide contenderit diphthongos αι et οι etiam ante consonantem corripi posse. Sed tu melius sapis; lege igitur verbis inversis Οὐ γὰρ τότ' εὐθὺς χρῆν σε τύπτεσθαί γε καὶ πατεῖσθαι; vel τύπτεσθαί τε. Scaliger correxerat τύπτε καὶ πατεῖσθαι. qualis audacia!

Ibidem ψόφου πλέων, ἀνύστατον: Lege ἀττικῶς, ἀξύστατον: et sic Suidas in sua serie.

Pag. 124 recte judicas, auctoribus Suida et MSS. tuis, ἠρειδόμεσθ' edendum esse, non ἐριζόμεσθ'. Illud enim et figuratius est, et alias Aristophani usitatum. Quod autem ex iisdem producis ad hiatum supplendum,

Σὸν ἔργον, ὦ καινῶν ἐπῶν κινητὰ καὶ μοχλευτά,

in eo correctorum agnosco ingenium, non veterum exemplarium fidem: unde et haud temere colligo codices tuos non diu ante Typographiæ initia conscriptos esse. Quid enim ἐπῶν? versum quidem sustentat, sententiam vero labefactat. ἔπη enim hic *carmina* significarent, quod a mente auctoris prorsus alienum.

Quare probo, atque adeo fidenter assero veterem meam conjecturam, qua sic olim versum suppleveram,

Σὸν ἔργον, ὦ καινῶν λόγων κινητὰ καὶ μοχλευτά.

Dogmata intelligit sive *rationes*; non utique *versiculos*. Ita p. 81. θηρατὰ λόγων φιλομούσων: et quoties alibi in hoc ipso dramate! Ibidem nunc legimus,

Ἐγὼ γάρ, ὅτε μὲν ἱππικῇ μόνῃ τὸν νοῦν προσεῖχον

ubi spondæus locum Iambi occupat: verte igitur verba, cum ob versum, tum ob constructionis elegantiam,

Ἐγὼ γὰρ ὅτε μὲν ἱππικῇ τὸν νοῦν μόνῃ προσεῖχον.

Pag. eadem,

τύπτειν τ' ἐπειδήπερ τοῦτ' ἐστ' εὐνοεῖν τὸ τύπτειν

quod manifeste vitiosum, syllaba enim deficit. Aut lege ἐπειδήπερ γε τοῦτ' ἐστ', aut ἐπειδήπερ τόδ' ἐστὶν; mirabor si codices tui MSS. in vulgata lectione consenserint, et tamen tu siles. Ibidem

Κλάουσι παῖδες πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς; ΣΤ. τιή δή;

Et hic vix crediderim postrema illa τιή δή in MSS. tuis comparere. Nam a Florentinis sunt; neque Aldus neque Scholiastes agnoscit; qui contra, non Trochaïcum ut cæteros, sed Trimetrum Iambicum esse versum hunc diserte narrat. Lege ergo, Personarum signis sublatis,

Κλάουσι παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς;
φήσεις νομίζεσθαι, &c.

Porro Iambum inter Trochæos poscit, quod notissimi apud Euripidem versus parodia esset

χαίρεις ὁρῶν φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς;

Pag. 125. Εἰκὸς δε μάλιστα τοὺς γέροντας ἢ τοὺς νέους τι κλάειν: miror hunc quoque tibi intactum esse; et versu bis claudicante, et dictione soloecissante: lege ut utrique vitio medicina fiat,

Εἰκὸς δὲ μᾶλλον τοὺς γέροντας ἢ νέους τι κλάειν.

Iterum ibidem, Ὡς τοὺς πατέρας ἀμύνεται, καίτοι διαφέρουσ' οὐδέν. Hic Anapæstus est in loco penultimo pro tribracho vel trochæo, quos solos admittit metri lex. Lege igitur

——καίτοι διέφερον οὐδὲν
Ἡμῶν ἐκεῖνοι——

Agnoscis, opinor, præter metri concinnitatem, etiam elegantiam dictionis. Præterita hujusmodi habere solent vim præsentis et quasi perpetui quidem temporis. Pleni sunt exemplorum et Græci et Latini; sed et etiam πεζογράφοι. Eadem pagina, sic habent editiones:

Πῶς δή; δίδαξον γὰρ τί δή μ' ἐκ τούτων ἐπωφελήσεις

Versus mendi est manifestus; quem tu ex MSto Vaticano sic is emendatum, ἐκ τούτων ὠφελήσεις. Interim non animadvertis etiam tuum illum esse mendosum; spondæus quippe locum Trochæi occupat. Unde iterum deprendo codicem illum recentiorem esse, neque ullius fere auctoritatis: Tu sic verbis inversis locum constitues,

Πῶς δή; δίδαξον γὰρ τί δή 'κ τοῦτων μ' ἐπωφελήσεις:

vel, quæ sola vera lectio est,—δίδαξον γὰρ τί δή μ' ἐκ τῶνδ' ἐπωφελήσεις, et sic excudi versiculus debet. Mox versus duos male disjunctos et mendosos quoque, ad unum redigo hoc modo;

Τοῦθ' ἕτερον αὖ μεῖζόν κακόν. ΦΕΙ τί δ' ἦν ἔχων τὸν ἥττω
Λόγον σε νικήσω λέγων
τὴν μητέρ' ὡς τύπτειν χρεών.

Pag. 126. Legitur τί δῆτα ταῦτά γ' οὔ μοι τότ' ἠγορεύετε. ubi emendandum, ταῦτ' οὐ, et mox habetur, Ἕως αὐτὸν ἐμβάλωμεν ἐς κακόν, deficiente syllaba. Scaliger sic supplevit, Ἕως περ αὐτὸν: sed vera lectio est, Ἕως ἄν αὐτὸν; quod elisum est, ob similitudinem syllabæ sequentis αν αυ. Ibidem insignis et elegans sententia plane obfuscata est a mendosa lectione.

Οὐκ ἐξελήλακ'. ἀλλ' ἐγὼ τάτ' ᾠόμην
Δία τουτονὶ τὸν Δῖνον, οἴμοι δείλαιος,
Ὅτε καί σε χυτρεοῦν ὄντα θεὸν ἡγησάμην.

Nihil potuit amarius salsiusve dici; non, inquit, ejecit: sed ego stultus tum credebam Dinum hunc esse Jovem, cum te, hominem luteum, Deum esse existimabam. In utroque deceptus sum miser; Dinus non magis est Jupiter, quam tu Deus. Nosti illud Syri Terentiani, de Ctesiphone Adolescente et Demea patre; Laudarier te audit libenter: *facio te apud illum Deum.* Hanc tu emendationem, quo es judicio, de tripode esse reputabis: nam præterea vide concinnitatem, τότε ὠόμην, ὅτε καί

σε: at in vulgata lectione nihil est venustatis. In fine Dramatis recte edetur, ut mones, et ego quoque olim Τί γὰρ μαθόνθ' ὑβρίζετόν γ' εἰς τοὺς θεούς: quinetiam ordo versuum recte permutabitur: at lectio illa codicis Vaticani a mala manu est, et ab audacissimo interpolatore.

Tria opinor, restant ex tuis Quæsitis, quæ, ne intacta præteream, sic habe:

φασιανοὺς Leogoræ recte *aves* interpretaris; non *equos*, quod Grammaticorum veterum commentum erat. Illud vero in scholiis p. 72. φθάσαντι δὲ αὐτῷ λέλεκται ἐν Εἰρήνῃ, equidem nihil certi habeo; et una tecum ampliandum esse censeo: nisi forte quod jam nunc mihi succurrit tu aliquid esse censueris. Poteris enim sic, φράσις δὲ αὐτὴ λέλεκται ἐν Εἰρήνῃ· hoc est, *Eadem phrasis habetur in fabula Pace.* Ut enim hic est, Ἦλθες δὲ κατὰ τί; ita illic p. 440. Ἥκεις δὲ κατὰ τί. Denique quod p. 74. in Scholiis habetur, Μερικοῖς φιλοσόφων λόγοις ἀέρα βούλεται εἶναι τὸ πᾶν, sententia, ut puto, mihi compertum est; verbum tamen quod hic latet, nunc quidem expiscari nequeo: Sensus certe hic est, perinde ac si dixisset, ἑπομένως τοῖς φιλοσόφων λόγοις ἀέρα &c. *Secundum* Philosophorum dogmata dicit esse Omne. Non enim, credo, in μερικοῖς subolfacies τὸ Ἐρετρικοῖς, quæ secta philosophorum erat a Menedemo nomen nacta. Atque hæc hactenus.

Omiseram quid pag. 105, quod hic extra ordinem ponam,

Καὶ τῶν κρεμαθρῶν οὐ τρίβων τῶν ἐνθάδε.

Atqui p. 71. corripitur ea vox, οὐπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνὴρ; atque ita pleraque ejus generis omnia apud Nostrum. Ergo aut hic κρεμαστρῶν conjiciebam, aut alias, καὶ τῶν κρεμαθρῶν οὔπω τρίβων τῶν ἐνθάδε. Sed quia Suidas in Νηπύτιος vulgatam lectionem agnoscit, et secunda τοῦ κρέμαθρα (apud Epicos saltem) ambigua est, ideo tunc tacui. Nunc autem ubi Pollucem in manus cepissem, video eum lib. X° κρέμαστραν citare ex Aristoph. *Nubibus;* ut quin ita hic legendum sit, nihil est quod nunc dubitem.

Et nunc tandem manum de tabula. Unum duntaxat monendum adhuc restat; curandum nempe, ut in textu τὸ ν finale semper apponatur ubi syllaba longa est; quod in editis plerumque abesse solet, et crucem figit studiosis, qui metra Comica scire cupiunt: ut p. 63.

ἀλλ' ἱππερόν μου κατέχεε τῶν χρημάτων.

edatur κατέχεεν; atque ita in aliis plus sexcentis. Hoc si omittis, et præterea, si quæ extra omne dubium sunt posita in textu exhibere negligis, ad notas tandem detrusa (quod a superstitiosis quibusdam et ignavis fieri amat) nihil profecto agis, sed operam oleumque perdis. Denique hoc oro te atque obsecro (quod antea facere memini) ut si quæ ex nostris tibi usui fuerint, ea in notis exhibeas, non meis verbis, nomine ad finem posito ut fit in notis variorum; sed tuis, narrationis σχήματι, *sic emendat Bentleius* &c.; et quoties castigationum rationes adjicis, non meis verbis quæ hic αὐτοσχεδιάζω, utaris; sed memor Epicharmi, Εἶμα δῶς καὶ πορφύραν, λόγοισι ποικίλλων σοφοῖς. Vale charissimum caput, et scito quæ postremum mihi mandabas, curæ mihi fore.

Brookbankius et Sikius te salutant. Saluta meo nomine Hemsterhusium. Coll. Trin. Cantabrigiæ. Augusti 21 stilo vetere 1708.

[1] His scriptis, forte in manum cepi Palmerii Notas, ubi p. 103. Nubibus Σωκράτης ὁ Μήλιος καὶ Χαιρεφῶν, sic distinguit, Σωκράτης, ὁ Μήλιος, &c. ut tres hic notentur, Socrates, Diagoras, Chærephon. Perperam hæc vir optimus. Primo vis quædam fit orationi, et ambiguum erit ἀθεράπευτον. Deinde Stephanus Byzantius in Μῆλος diserte affirmat Socratem hic Μήλιον dici. Denique, Diagoras jam ad plures abierat, neque Socrati notus esse potuit. Postremo sensus in recepta distinctione facillimus est, Σωκράτης ὁ Μήλιος, id est, alter Diagoras, alter Atheus.

(Quæ sequuntur, ipsa Bentleii manu adjecta sunt.)

Varietas Scripturæ in Æschyli Agamemnone ex Codice MS. olim Farnesiano, nunc Regio Neapolitano, signato I. E. 5.

PRIMAM hujus codicis mentionem reperi apud Petrum Victorium in Præfatione ad Æschylum his verbis: "Quod vero ad Agamemnonem pertinet: ne quicquam omitteremus quod ad ejus restitutionem faceret, quum audissemus Romæ in bibliotheca Alexandri Farnesii, summi antistitis, atque omni re, nobili ac splendido homine digna, instructissimi, Æschyli volumen inveniri, in quo hæc fabula legeretur: conferendam eam, a nobis descriptam, curavimus cumeo exemplari. in quo nobis operam suam fidelem atque eruditam præbuit Gulielmus Sirletus, ut cuncta diligenter notaret quæ aliter illic legerentur. Nos autem postea varietatibus illis diligenter ponderatis, in eam opinionem venimus ut nostrum librum non deteriorem illo putaremus: ac magnam partem eorum quæ variata in eo offenduntur, immutatam ab aliquo crederemus, qui *in* suos quosdam versus restituere chori cantus voluerit. sæpe enim addita aut dempta illic quædam cognovimus, quæ consilium ipsius adjuvarent." Hactenus Victorius. Codex, de quo loquitur, cum reliqua Farnesiorum libraria supellectile nunc Neapoli exstat in Regio Museo, ubi paucos dies anno superiori in eo inspiciendo consumsi. Paschalis Baffius apud Harlesium Novæ Bibliothecæ Græcæ Fabricianæ T. V. p. 776. ita eum describit: 33. *Æschyli* Προμηθεὺς δεσμώτης, ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, Πέρσαι, Ἀγαμέμνων, Εὐμενίδες, *cum glossis interlinearibus, et scholiis margin. antiquis, Thomæ Magistri, et Demetrii Triclinii. Quum scholiis Triclinii fere perpetuo præfigatur* ἡμέτερα, *et initio* Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου, *codex hic bombycinus aut* αὐτόγραφος *est, aut ex* αὐτογράφῳ *descriptus: certe sæculi est XIV. ad finem vergentis, quo tempore Triclinius floruit.* Eadem quæ Baffio, cujus Catalogum nondum videram, mihi quoque in mentem venit suspicio: codicem scilicet ipsius Triclinii manu exaratum esse. Est enim nitide et emendate scriptus, ut eruditum librarium agnoscas. Bene conservatus est, præter prima Promethei folia, quæ tinearum morsibus et humiditate fere consumta sunt. Licet Æschylum non nisi e recensione Triclinii nobis exhibeat,

immerito tamen neglectus est a Victoria, qui tam in Agamemnone quam in aliis fabulis multas lectiones vulgatis meliores ex eo proferre potuisset. Quarum unam atque alteram apponam. In Prometheo vulgo legimus v. 886. Ἦ σοφὸς, ἦ σοφὸς ἦν, | ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε, κ. τ. λ. Rectius Triclinius: Ἦ σοφὸς, ἦ σοφὸς, ὃς πρῶτος τόδ' ἐβάστασε, κ. τ. λ. Tacite quidem delevit ἦν: de ἐν γνώμᾳ vero hæc monuit: περισσὸν ἦν ἐνταῦθα τὸ ἐν γνώμᾳ. ἦν γὰρ, ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ. διὸ ἐξεβλήθη παρ' ἐμοῦ. ὅμοιον γὰρ χρὴ εἶναι τὸ κῶλον τῷ τῆς ἀντιστρόφου. Conjecturam vides non longe diversam ab ea, quam dedit Monkius Censuræ Trimestris, T. V. p. 226. Rectius tamen Monkius: ὃς γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε. Alterum sagacitatis exemplum dedit Triclinius ad Theb. 890. Verba οὐκέτ' ἐπὶ φιλίᾳ, ἀλλ' ἐπὶ φόνῳ διεκρίθητε, quibus nihil est in antistropho quod respondeat, Stanleio aliisque auctoribus tandem delevit Blomfieldius. Delenda vidit etiam Triclinius, cujus verba sunt: περισσὸν ἦν ἐνταῦθα τὸ οὐκέτ' ἐπὶ φιλίᾳ ἀλλ' ἐπὶ φόνῳ διεκρίθητε, καὶ ἄμετρον καὶ κοινόλεκτον. διὸ καὶ ἐξεβλήθη παρ' ἐμοῦ[1]. Multæ sunt ejus

---

[1] Secundam hujus carminis stropham nondum recte constitutam vidi. Incipit 7. 894.

Δι' εὐωνύμων τετυμμένοι.
Τετυμμένοι δῆθ', ὁμο-
σπλάγχνων τε πλευρωμάτων.
* * * * * * *
Αἰ αἰ δαιμόνιοι,
αἰ αἰ δ' ἀντιφόνων
* θανάτων ἀραί.
Διανταίαν λέγεις δόμοισι καὶ
σώμασιν πεπλαγμένους,
ἀναυδάτῳ μένει,
ἀραίῳ τ' ἐκ πατρὸς
διχόφρονι πότμῳ.

Sequitur antistrophus v. 906.

Διήκει δὲ καὶ πόλιν στόνος.
στένουσι πύργοι, στένει
πέδον φίλανδρον, μένει
κτεάνά τ' ἐπιγόνοις,
ὃ' ὧν αἰνομόροις,

δι'

conjecturæ his non deteriores: multæ quoque similes illis, quas apud Sophoclem toties exagitat Brunckius. Ne longus sim, uno exemplo contentus ero. Quum in libris plerisque nullo sensu legeretur Prom. 6. ἀδαμαντίναις πέδῃσιν ἐν ἀῤῥήκτοις πέτραις, neque exortus esset Stephanus aliquis, qui veram scripturam, ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀῤῥήκτοις πέδαις, apud Aristophanis interpretem exstare moneret, Triclinius ex ingenio hunc senarium Æschylo obtrusit: ἀδαμαντίναις πέδαισιν ἀῤῥήκτοις λέγω. Non obstant, mea quidem sententia, sexcentæ hujusmodi conjecturæ, quo minus dignissimus sit codex Farnesianus, quem suis oculis, si ullo modo fieri possit, usurpent Blomfieldius et Hermannus, aut quisquis alius in Æschylo denuo recensendo laborat. Ægre enim Neapoli, ubi jacent hæ literæ, repertum iri credo, qui codicis conferendi laborem et libenter suscipiat, et accurate conficiat. Mihi quidem etsi non defuit voluntas, defuit tamen tempus, utpote aliis negotiis impedito. Scholia Triclinii et aliorum vix inspicere potui, neque ipsa poëtæ verba nisi in duabus fabulis excussi. In Agamemnone Triclinianam recensionem cum Blomfieldiana contuli, ita tamen ut non solum duorum librorum dissensionem, verum etiam in locis quamplurimis eorum consensum enotarem. Exemplo sint ἄγκαθεν v. 3. νυκτέρων v. 4. Ita quidem tam Triclinius quam Blomfieldius. Hæc igitur silentio præterissem, nisi ex annotatione Blomfieldii didicissem, in Aldina editione, cujus inspiciendæ eo tempore copiam non habebam, legi ἔγκαθεν et νεκτέρων.

P. E.

δι' ὧν νεῖκος ἔβα,
καὶ θανάτου τέλος.
ἐμοιράσαντο δ' ὀξυκάρδιοι
κτήμαθ', ὥστ' ἴσον λαχεῖν.
διαλλακτῆρι δ' οὐκ
ἀμεμφία φίλοις,
οὐδ' ἐπίχαρις Ἄρης.

Ne sic quidem omnino recte, sed rectius quam vulgo.

V. 2. μῆκος ἦν (gl. ἐπὶ)
3. ἄγκαθεν (gl. ἐν ἀγκάλαις)
4. νυκτέρων
5. καὶ βροτοῖς θέρος
9. κρατεῖ
10. ἐλπίζον
16. ὕπνου—ἐντέμνων
22. νῦν φῶς πιφαύσκων—χορῶν
25. ἀγαμέμνονος—σημανῶ
26. εὐνῆς
27. ὁλολυγμὸν εὐφημοῦντα
28. ἐπορθιάζειν
29. ἀγγέλλων
32. τῆσδε μοι φρυκτωρίας
37. λέξειεν. ὡς
38. κοὐ μαθοῦσ᾽
39. ἐπὶ
43. ἀτρειδᾶν
46. στρατιῶτιν
47. κλάγξαντες
48. ἑκπατίοις
49. ἄλγεσι παίδων, ὕπατοι
51. ἐρεσσόμενοι
52. δεμνιοτήρη πόνου
54. δ᾽ αἴων
58. παραβᾶσιν ἐρινύν.
63. ἐρειπομένου (gl. πίπτοντος.)
64. ἐν προτελείοις (gl. ἐν ἀρχαῖς.)
66. ἔστι δ᾽ ὅπη νῦν
67. ἔστι. τελεῖται δ᾽ ἐς τὸ πεπρωμένον
68. ὑπολείβων
69. δακρύων
71. ἀτιταὶ (sic)
72. ἀρωγῆς
74. ἰσόπαιδα
76. ἀνάσσων
78. τόθ᾽ ὑπεργήρων. φυλλάδος
79. τρίποδος
80. ἀρείων
81. ἡμερόφαντον
86. πειθοῖ—θυοσκινεῖς (gl. θύματα κινεῖς πέμπεις. sch. εὕρηται καὶ θυοσκοεῖς. ὡς ἀπὸ τοῦ θυοσκόος ὁ διὰ θυσιῶν τὸ μέλλον κοῶν ἤτοι νοῶν. θύος γὰρ τὰ θῦμα.)
90. δώροισι
91. οὐρανομήκης
93. χρίσματος
96. λέξασ᾽ ὅτι καὶ δυνατὸν
97. εἰπεῖν (gl. πρὸς ἡμᾶς)
99. ἦ νυν (gl. δὴ) τοτὲ (gl. ποτὲ) μὲν κακόφρων
100. τοτὲ (gl. ποτὲ) δ᾽ ἐκ θυσιῶν ἀγανὰ φαίνουσ᾽
101. ἄπλητον
102. τὴν θυμοβόρον λῦποφρένα
104. ἐκτελέων—καταπνεύει, (gl. διὰ τὸ μέτρον)
108. ἤβαν
109. σύμφρονα τᾱγάν (gl. τὴν ὁμόφρονα τάξιν)
110. πέμπει—δίκας πράκτορι
112. νεῶν
113. ἀργίας. φανέντες
115. δορυπάλτου
116. παμπρέπτεσιν ἕδραις (gl. εὐπρεπεσιν. ἡ εὐθεῖα ἡ παμπρέπτης)
117. βοσκομένην — ἐρικύμονα φέρβοντα (gl. ἥσθιον) γένναν
119. αἴλινον bis — τὸ δ᾽ εὖ νῑκάτω
120. δύο λήμμασι δισσοὺς
121. λαγυδαίτας
122. ἀρχοὺς
123. οὕτω δ᾽ εἶπε
124. ἀγρεῖ (gl. ἀγρεύσει, πορθήσει)
127. δημιοπληθῆ
128. μοῖρα λαπάξει
129. οἷον (gl. μόνον) μήτις ἄ̄τα (gl. βλάβη)

129. κνεφάσειε προτυφθὲν.
131. στρατωθέν
132. οἴκῳ γὰρ επίφθονος
133. πτανοῖς κυσὶ
134. μογερὰν πτῶκα θυομένοισιν
136. αἴλινον bis
137. τόσονπερ εὔφρων ἀ καλά (gl. ἄρτεμις)
138. δρόσοις ἀέπτοισι (gl. τοῖς μὴ δυναμένοις πτῆναι)
Ibid. μαλερῶν nec pl. (gl. τῶν φθαρτικῶν πετεινῶν)
140. ὀβρικάλοις
141. τερπνὰ (gl. ἄρτεμις)
142. αἰτεῖ (gl. με)
Ibid. κρᾶναι (gl. τελέσαι, ἀντὶ τοῦ φᾶναι τελεσθῆναι)
143. φάσματα τῶν στρουθῶν
144. ἰήιον δὲ καλέω
145. ἀντιπνόους δαναοῖς ἐχενηίδας χρονίας
146. ἀπλοΐδας
147. σπευδομένα
148. οὐ δεισήνορα
149. Abest γὰρ
Ibid. παλίνορτος
150. τεκνόποινος
151. ἀπέκλαγξεν
152. οἴκοις
153. ὁμόφωνον
154. αἴλινον bis
157. τοῦτο νιν
160. πλὴν διός. εἴγε μάταν
161. ἐτητύμως
164. οὐδέν τι λέξαι
169. φρονεῖν
170. τῷ πάθει μάθος
175. βιαίως
178. ἀχαικῶν
180. ἐμπαίοις τύχαισι συμπνέει
181. εὖτ' ἀπλοΐα, κεναγγεῖ
182. ἀχαικὸς
184. τόποις
188. ναῶν καὶ
189. παλιμμήκη
191. ἐπεὶ δὲ καὶ
194. ἔκλαγξε
195. ὥς τε
198. φωνῶν
199. πείθεσθαι
202. παρθενοσφάγοισι
203. ῥείθροις
Ibid. πατρώους—πέλας
205. πῶς λιπόναυς γένωμαι
208. αἵματος αὐδᾷ (gl. λέγει ὁ μάντις)
210. θέμις γὰρ εὖ εἴη
212. δυσσεβῆ
214. τὸ παντότολμον
215. βροτοῖς
219. προτέλεια
221. αἰῶνα· παρθένειον (gl. ἤγουν τὰς διὰ τὴν ζωὴν τῆς παρθένου)
222. βραβεῖς
223. φράσεν δ' ἐν ὅσσοις
224. χιμαίρας
225. περιπετῆ
226. βαλεῖν ἀέρδην
227. καλλιπρώρου φυλακὰν κατασχεῖν
229. χαλινῶν δ' ἀναύδω
230. βαφὰς ἐς πέδον χέουσα
231. ἔβαλλ'
232. βέλει ἀπ' ὀμμάτων
233. πρέπουσά θ'
236. ἔμελψεν
237. τριτόσπονδον εὔποτον αἰῶνα
240. ἄκραντοι
241. δίκα δὲ (gl. ἡ δικαιοσύνη)
242. τὸ μέλλον sine τὸ δὲ προκλύειν

243. ἐπεὶ γένοιτ' ἂν κλύοις
244. ἴσον
245. σύναρθρον αὐταῖς (gl. συνηρμοσμένον βοαῖς καὶ θρήνοις. al. συνίζησις)
246. τούτοισιν
249. ἄγγελος φύλαξ
250. γάρ ἐστι φωτὸς
251. ἄρσενος
252. σύ δ' εἴτε κεδνὸν
Ibid. εὐαγγέλοισιν
254. κλυ. κλύοιμ' ἄν
Ibid. σιγῶντι
255. ἄγγ. εὐάγγελος
259. τὸ ὕπος ἐξ ἀπιστίας
260. ἢ τορῶς
262. φρονούσης
264. ἔστιν. τί δ' οὐχί
265. εὐπειθῆ
267. ἀλλ' ἢ σ'—ἄπτερος
271. καὶ πῶς τόδ' ἐξίκοιτ' ἂν ἀγγέλων
273. ἀγγέλου
275. φανὸν
277. ὑπείρ ἔλης τε πόντον. (gl. ὑπὲρ τὸν ελλήσποντον)
278. ἰσχὺς
280. παραγγείλασα μακίστου σκοπᾶς
281. ἀφρασμόνως
284. μεσαπίου — μολόν
285. οἵδ' ἀντέλαμψαν
286. γραίας
287. λαμπάς δ'
288. πεδίον ἀσωποῦ
292. φρουρὰ
295. δὴ χαρίζεσθαι
298. κάτοπτρον πρῶν' ὑπερβάλλειν
299. εἶτ' ἀφίκετο
300. ἀστυγείτονας
301. ἐς τόδε
303. τοιοῖδ' ἕτοιμοι
306. τοιοῦτον
310. διηνεκῶς
Ibid. λέγοις πάλιν
313. ἄλειφά τ' ἐκχέας
314. φίλως
322. νήστεις πρὸς ἀρίστοισιν (gl. δια τὸ μετρον. al. ἤγουν πρὸς ἄδειπνα)
326. ναίουσιν
327. ὡς δυσδαίμονες
329. εὐσεβοῦσι
331. οὐκ ἄν γ' ἑλόντες, αὖθις αὖ θάνοιεν ἄν
332. ἐμπίπτοι
333. πυρθεῖν (gl. ὥστε) κέρδεσιν
336. ἀναμπλάκητος
337. ἐγρήγορον·
338. τύχη
339. τοιαῦτά σοι—κλύοις
341. πολλῶν γὰρ ἐσθλῶν τὴν ὄνησιν
342. εὐφρόνως. (gl. φρονίμως)
347. τῶν μεγάλων
352. παναλώτου
355. τείνοντα
357. σκήψειεν
359. πάρεστι τοῦτο γ' ἐξ.
365. ἐγγόνους (sic)
370. ὥστε κἀπαρκεῖν
371. λαχόντα
374. ἐκλακτίσαντι μεγάλα (gl. μεγάλως, ἀντὶ μιᾶς)
378. ὡς ἄκος δὲ
382. τρίβῳ τε καὶ
385. πτανόν τιν' ὄρνιν
388. τῶνδε
391. εἰς οἶκον τὸν ἀτρειδᾶν
392. τὴν ξενίαν
393. κλοπαῖσι
396. ἰλίῳ

397. βέβακεν
398. πολλὰ δ' ἔστενον
399. τό δ' ἐννέποντες. (gl. ἤγουν τὸ γεγονός)
Ibid. δόμων
402. σιγᾶς
403. ἄδιστος ἀφεμένων
404. ὑπερποντίας
406. εὐμόρφων γὰρ
407. τἀνδρί
416. ἐφ' ἑστίας
418. συνορμένοις
419. τλησικάρδιος (gl. τὴν καρδίαν τήκουσα)
420. δόμων (gl. τῶν οἴκων)
421. πολλὰ γοῦν
422. οὗς μὲν, γὰρ πέμψεν (gl. ὁ δόμος) οἶδεν
423. ἀντὶ δὲ βροτῶν
424. πρὸς ἑκάστου τοὺς δόμους εἰσαφικνεῖται
429. βαρὺ
430. σποδοῦ γεμίζων τοὺς λέβητας εὐθέτου
432. ἄνδρα
435. ἀλλοτρίας γε διὰ
438. πρόδικοις
441. εὐμόρφως
442. ἐχθρῶν δ' ἔχοντας
444. δημοκράτου (gl. τῆς δημοσίας)
446. τῶν πολυκτόνων
447. κελαιναὶ δ' οὖν
450. παλιντυχῇ (sic) (gl. ἐναντία δυστυχεῖ)
453. ὑπερκότως (gl. ἤγουν τὸ λίαν ἁπλῶς)
457. πτολιπόρθης
460. τὴν πόλιν
461. ἐτητύμως
462. τίς οἶδεν ἤτοι &c.
464. πυρωθέντα
466. λόγου
467. ἐν γυναικὸς αἰχμᾷ
471. γυναικογήρυτον. (gl. ἤτοι τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν γυναικῶν)
479. ὡς οὔτ' ἄναυδος, &c.
483. προσθήκει
Ibid. πέλοι (gl. ἄν. al. ὑπάρχει)
494. ἦλθες
503. ἦπου. (gl. ὄντως, ἴσως)
Ibid. τοῖσιν ὄμμασιν
504. δέξαισθε (gl. ἄν)
519. αὐτόχθονον
522. τεθνᾶναι
527. πεπληγμένος
529. ἐκ φρενὸς ἀναστένειν
530. στύγος στρατῷ
532. κοιράνων
533. ὧν νῦν
535. εὖ λέξειεν
540. οὐ λαχόντες
543. ἐξ οὐρανοῦ γὰρ
Ibid. λειμώνιαι (gl. λειμῶνα λέγει νῦν τὸ καινῶς λιβα δ χ)
546. λέγει
555. συμφοραῖς
559. ποτωμένοις
561. θεοῖς
562. ἀρχαῖον
570. ἀνωλολύξαμεν (gl. ἤγουν ἐπαιανίσαμεν)
573. φρυκτώρων διὰ
576. πλακτὸς
580. κοιμῶντες (gl. πραΰνοντες ἐπὶ τῷ ὀπτῆσαι ἢ θυμιᾶσαι)
586. ἄνδρα
587. πύλας ἀνοῖξαι (gl. ὥστε)
594. οὐδ' οἶδα
595. χαλκοῦ
598. εἶπε

599. εὐπρεπῶς λύγον
601. εἰ νόστιμός γε
604. ἐς τὸν πολὺν
605. τἀληθῆ τύχ
606. γίνεται
607. ἀχαϊκοῦ
610. ἄχθος (gl. βάρος)
611. ἄκρος (gl. πρῶτος, ἐξαίρετος)
613. πότερα γὰρ
616. τρέφοντος (gl. τοῦ ζωογονοῦντος)
621. πόλει
627. σεσαγμένων
628. τόνδ' ἐριννύων
629. εὐάγγελον | ἥκοντα
635. φθείροντε
636. δυσκύμαντα δ' ὠρώρει
637. ἀλλήλαισι
638. ἤρειπον (gl. κατέβαλλον, συνέκρουον)
Ibid. κερωτυπούμεναι
640. ποιμένος κακοῦ
643. ναυτικῶν τ' ἐριπίων
644. ναῦν τ'
647. ναῦν θέλουσ'
648. ἐν ὅρμῳ
649. κραταιλέων
656. ἡμεῖς τ' ἐκείνους ταῦτ'
659. εἰ δ' οὖν
663. κλύειν gl. ἀκούειν
665. ἐς τὸ πᾶν
667. προνοίαις
668. ἐν τύχᾳ
671. ἐλένας
672. ἀβροτίμων (gl. τῶν λίαν τιμίων).
673. ἔπλευσεν
676. πλάταν (gl. τὴν κώπην)
677. κελσάντων
678. εἰς ἀεξιφύλλους (gl. συνίζησις)
681. τελεσσίφρων
682. μῆνις ἤλασε τραπέζας
(gl. ἐπέφερε)
(gl. ἕνεκα)
683. ἀτίμως ὑστέρῳ χρόνῳ
686. τίοντας
687. ἐπέπρεπεν (gl. ἥρμοζεν)
690. γεραιὰ
693. παμπρόσθη
694. πολίταν
697. ἀγάλακτον οὕτως
702. πόλέα (gl. ἤγουν πολλάκις) δ' ἔσχ' (gl. πρόσεσχε προσῆλθε)
704. σαίνων τὲ
707. τοκέων
708. χάριν γὰρ τροφεῦσιν
709. ἄταισιν (gl. ἤγουν πολέμοις)
712. ἄμαχαν ἄλγος
713. πολύκτονον (gl. πολλοὺς κτεῖναν)
714. ἐκ θεοῦ δ'
715. προσετράφη
716. παραυτά δ' οὖν
718. ἀκασκαῖον | ἄγαλμα
726. νυμφόκλαυτος ἐριννύς
727. ἐν τοῖς βροτοῖς
733. τὸ γὰρ δυσσεβὲς
734. μετὰ
736. οἴκων γὰρ
737. αἰεί
740. ὅταν
741. τὸ κύριον
742. νεαρὰ φάους. κότον
743. δαίμονά τε τὸν ἀπόλεμον (gl. τὸν ἄμαχον, ἀντὶ μιᾶς)
746. εἰδομέναν
749. τὰ χρυσοπαστ' ἐσθλὰ
751. παλιντρόποις ὄμμασι
752. προσέβα. τοῦ
756. πολίπορθ'
759. ὑποκάμψας

760. καιρὸν
762. παραβαίνοντες
764. ἕτοιμος. δῆγμα
775. προσεφικνεῖται
765. καὶ ξυγχαίρουσιν
771. σαίνειν
772. τότε
773. οὐ γὰρ ἐπικεύσω
774. καρτ' ἀπομούσως
776. θάρσος ἑκούσιον
777. ἀνδράσιν εὖ θνήσκουσι
778. νῦν δ' οὐκ
779. εὔφρων τίς πόνος εὖ
787. ἀνδροθνῆτας (gl. ἀνδροφθόρους)
788. ἐς αἱματηρὸν
790. προσηίει χειρὸς
795. ὑπερκότους
797. ἀργεῖον δάκος
798. ἀσπιδορτρόφος
800. ὑπερθορῶν
803. τὰ δ' ἐς τὸ σὸν
804. ταῦτα. καὶ συνήγορόν
806. φίλον
807. καρδίαν
808. πεπαμμένῳ
815. σειραφόρος
823. πήματος τρέψαι νόσον
824. νῦν δ' ἐς
833. ἐπ' ἰλίῳ
835. ἔκπαγλον
836. ἡδονὰς
838. ἄλλο
840. ᾠχετεύετο
841. πλέω
842. ἐπλήθυνον
849. λελημμένης (gl. ἤγουν ἤδη περιειλημμένης τῆς δέρης τῇ ἀρτάνῃ)
851. κύριος πιστευμάτων
855. τόν τ' (gl. ἰωνικόν)
862. ὄμμασιν
864. ἀτημελήτους
Ibid. ὀνείρασιν
870. ὑψιλῆς
872. καὶ γῆς φανεῖσαν
Ibid. παρελπίδα
876. τοιοῖσδε τοίνυν
880. ὦναξ
881. ἐπέσταλται τάδε
882. στρωννύναι
884. ἐς δῶμ' ἄελπτον. ὡς ἂν
893. βόημα
896. ἐν ποικίλοις δὲ—κάλλεσιν
903. εἰ πάντα δ' ὡς &c.
905. διαφθερουῦντ' ἐμέ
908. δοκῇ
910. αἰδεσθῆς
915. τήνδε
916. πιθοῦ, &c. ut vulgo.
918. πρόδουλον
919. σὺν τοῖσδε μ' ἐμβαίνοντ' ἀλ.
920. βάλοι
921. σωματοφθορεῖν (gl. τὰ σώματα φθείρειν τῶν ὑπὸ χεῖρα)
Ibid. πόσιν (gl. ἄνδρα ἁπλῶς)
923. τούτων μὲν οὕτω
924. τήνδ' ἐσκόμιζε
927. αὐτὴ δὲ
929. κατέσταμαι (gl. ἰωνικὸν κατέστην. sch. εὕρηται καὶ κατέστραμμαι &c.)
930. ἐς δόμων
932. εἰς ἄργυρον
934. οἶκος δ'
936. δειμάτων
938. μηχανωμένης
939. ἐς δόμους.
940. ὑπερτείνασα
942. μολών
943. ζεύς τ'
945. ἐπιστροφωμένοι
947. μέλοι δέ τοι σο

950. ποτᾶτ'. ἄμισθος ἀοιδά. | μαντιπολεῖ δ' ἀκέλευστος.
952. οὐδ' ἀποπτύσαι (gl. ὥστε ἀποβαλεῖν τοῦτο)
955. ἐπὶ
956. ξυνεμβόλοις
957. ψαμμίας ἀκάτας παρήβησ'
958. εὖθ' ὑπ' ἴλιον
960. πεύθομαι δ' ἀπ' ὁ
962. ὅπως
963. ἐριννύς
964. ἔχων
966. οὗτοι
969. ἐμᾶς τοι
970. ψύδη
971. ἐς τὸ μὴ
972. μάλα γε (supra γὰρ) τοι δὴ τᾶς πολλᾶς
973. ἀκόρεστον
978. καὶ τὸ μὲν &c.
982. πημονὰς
984. δόσις διός
985. ἐπετειᾶν
987. πεσόνθ'
989. τίς τ' ἀγκαλέσαιτ'
991. ζεὺς αὖτ' ἔπαυσ' ἐπ' ἀβλαβείᾳ γε
994. μοῖρα μοῖραν
998. βρέμει, | ἑλπομένα mediis omissis
1004. πολλῶν μέτα
1008. θίγειν
1009. τῆσδ' ἐπιρρέπει
1011. οἵδ' οὔποτ'
1019. ἔσω
1021. πείθου
1022. θυραίαν
1031. ἦ μαίνεταί γε
1034. ἐξαφρίζεσθαι
1035. ῥίψᾶσ' ἀτιμασθήσομαι
1036. ἐποικτείρω
1037. ἴθ' ὦ τάλαινα
1039. ὀτοτοτοῖ. πομποῖ δᾶ. } utro-
1040. ἄπολλον ἄπολλον. } bique
1041. ἀνωτότυξας
1046. προσήκουτ' ἐν ὠόοις
1048. ἀγυιάτ' utrobique
1049. ἀπώλεσας
1050. χρήσειν—αὐτῆς
1051. παρὸν
1054. ἆ. ποῖ
1055. ἀτρειδῶν εἶ, τόπερ μὴ δ' ἐ.
1056. λέγω σοι. κᾆτα δ' οὐκ ἐρεῖς ψύδη
1058. μισόθεον sine prævia interjectione
1059. αὐτοφόνα κακὰ. καρτάνας
1060. σφάγιόν τε καὶ πέδον
1061. εὕρις
1062. ματεύει δ' ὧν ἐφευρήσει
1064. μάρτυρίοις μὲν γὰρ τοῖσδε πεπείθομαι
1065. τὰ βρέφη
1067. ἦ μὲν (gl. ἤτοι ἐσμέν) κλέος σόν μαντικὸν
1068. ἦμεν—μαστεύομεν
1069. ἰώ. πόποι. τί ποτε μήδεται
1070. ἄχος
1072. φίλοισιν
Ibid. ἀλκά | δ'
1075. βοᾷ πόλις
1076. ἰὼ τάλαινα
1079. προτείνει δὲ χεὶρ ἐκ | χερὸς ὀρεγμένα
1082. ἐπ' ἀργέμοισι θ. ἀμηχανῶ
1083. παπαί παπαί
1084. ἦ—αἴδου
1086. ἄκορεστος
1087. θύματος
1088. ἐριννὺν.—κέλῃ
1089. ἐπὶ δὲ

1091. ἄτε δωρίᾱ πτώσιμος
1092. ξυνανυτεῖ
1093. αὐγαῖς
1094. τῆς βοῆς
1095. ἐν πέπλοισιν
1096. μελάγκερων
1097. πιτνεῖ δ' ἐνύδρῳ πεύχεϊ
1098. δολοφόνου λέβητος
1099. οὐ κομπάσαιμ' ἄν &c.
1101. ἀπὸ δὲ θέσφατων
1102. βροτοῖς στέλεσαι. κακῶν γὰρ δή αἱ
1103. πολυεπεῖς
1104. θεσπιωδὸν | φόβον φέρουσιν
1105. ἰὼ ἰώ
1106. θροῶ πάθος ἐπαγχέασα
1108. οὐ δήποτ' εἰ μὴ
1109. τις εἶ
1110. αὐτᾶς
1111. νόμον ἄνομόν γ'
1112. ἀκόρεστος βορᾶς φιλοίκτοισι φρεσίν
1113. ἴτυν ἴτυν στένουσ' ἀμφιθαλῆ κακοῖς
1115. ἰὼ ἰώ
ἀηδόνος μόρον.
1116. περιβαλόντες γὰρ οἱ πτεροφόρον δέμας
1117. ἀγῶνα κλαυμάτων
1118. ἀμφήκει
1120. δύας
1121. τά δ' ἐπίφοβα
1122. μολοτυπεῖς
1123. θεσπεσίας
1125. ἰὼ γαμοι γάμοι πάρα
1130. καχερουσίους | ὄχθους
1133. νεογνὸς ἀνθρώπων (gl. ἀντὶ μιᾶς)
1134. πέπλημαι δ' ὑπαὶ (gl. τέτρωμαι)
1135. δυσαγγεῖ τύχᾳ μίνυρα κακὰ θρεομένας
1136. θαύματ'
1138. πόλεος ὀλουμένας
1141. ἐπήρκεσαν
1142. τὸ μὴ πόλιν
1143. θερμόνους τάχ' ἐμπέδῳ
1144. προτέροις
1145. τίς σε καὶ κακοφρονεῖν
1146. δαίμων ποιεῖ ὑπερβαρὺς ἐμπιτνῶν
1147. θανατηφόρα
1150. νύμφ
1151. λαμπρὸς δ'
1152. ἐς ἤξειν
1153. κλύειν πρὸς αὐγάς
1155. συνδρόμως
1156. ῥινηλατούσῃ
1161. ἐρινεώων
1162. δώμασι
1163. πρωταρχον
1165. ἢ τηρῶ τι (gl. ἐπιτηρῶ)
1167. καὶ μαρτύρησον
τό μ' εἰδέναι (gl. τὸ ἐμέ)
1169. ὅρκος πῆμα
1170. παιώνιος
1174. κασ. μῶν καὶ θεὸς περ.
1175. χορ. πρωτοῦ μὲν
1176. χορ. βαρύνεται γὰρ
1178. ἤλθετον νόμῳ
1182. ἄνακτος (gl. ἤγουν πῶς ὀργῆς ἐπειράθης τοῦ ἀπόλλωνος)
1183. οὐδὲν οὐδὲν—ἤμπλακον
1187. φροιμιοῖς ἐφημένους
1189. μορφώμασιν
1194. ποιναὶς φημὶ
1195. στρωφώμενον
1197. δούλειον
1198. νεῶν τ' ἄπαρχος (gl. ἄρχων)
1199. εὖ οἶδεν
1200. καὶ κτείνασα
1202. τοιαῦτα τολμᾷ θῆλυς.

1204. σκύλλάν τινα
1206. ἀρὰν
1207. ἐπωλολύξατο (gl. ἀνεσκύρτησεν ἠλάλαξεν
1211. σὺ μὴν τάχει
1212. ἄγαν γ'
1213. παιδίων
1215. ἐξεικασμένα
1218. κοίμισον
1219. ἀλλ' οὔτι
1220. οὐκ εἰ παρέσται γ'
1222. ἄχος
1223. ἢ καρτ' ἄρ' ἂν παρεσκόπ ης
1225. ἕλλην' ἐπίσταμαι
1228. παπαῖ. οἷον
1232. ἐνθήσειν κότῳ
1234. ἀντιτισασθαι
1237. σὲ μὲν (gl. πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἐσθῆτα· τοῦτο λέγε, σχίζουσα τὰ ἑαυτῆς ἱμάτια
1238. πεσόντ'. ἀγαθὼ δ' (gl. ἀντὶ τοῦ καλλίω)
1239. ἄτην
1241. ἐπῴπτευσας (gl. εἶδες)
1242. μέτα
1247. ὃς τοιάσδε
1248. ἀντεπίξηνον (gl. ἐναντίον. διάδοχον ἐμοῦ τῆς ξένης
1249. κοπείσης—προσφαγματι
1255. ὀμώμυται &c. ubi vulgo.
1256. ἄξει νιν
1258. τοπρῶτον
1260. ἐν θεῶν κρίσει
1261. πράξω
1262. τὰς, λέγω,
1264. εὐθνησίμων
1266. πολλὰ δ' αὖ
1267. ἔτεινας
1268. αὐτῆς
1270. οὔ. ξένοι. χρόνῳ πλέῳ.
1271. τοῦ χρόνου
1273. οὖσ' ἀπ' εὐτόλμου
1275. οὐδεὶς ἀκούει—ἀλλ' εὐκλεῶς
1276. τῶν τε
1280. φόβον
1288. ἀλλ' ὡς θανούσῃ—τόδε
1293. ἔτ' εἰπεῖν ῥῆσιν ἢ θρῆνον
1294. αὐτῆς
Ibid. ἡλίῳ δ'
1295. τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις
1296. ἐχθροῖς &c.
1299. ἀντρέψειεν. εἰ δὲ δυστυχῆ,
1300. ὤλεσε
1302. εὖ πράττειν
1303. βροτοῖς. δακτυλοδεικτῶν δὲ
1305. μηκέτι δ' εἰσέλθῃς
1311. ἄγαν ἐπικρανεῖ (gl. τελέσει)
1312. τίς ἂν εὔξαιτο βροτῶν
1314. ὤμοι—ἔσω
1317. τοὔργον. εἰργάσθαι—οἰμώγμασιν
1318. κοινωσώμεθ' ἄν πως
1322. σὺν νεορρύτῳ
1323. τοιούτου et mox τοιοῦτος
1325. ὁρᾷν
1327. μελλούσης, (gl. τυραννίδος δηλονότι)
1330. πέρι
1333. κτείνοντες (gl. ἤγουν τρόπον τινὰ τῷ θανάτῳ παραδιδόντες τὴν ζωὴν ἡμῶν
1335. κράτει
1337. τεκμηρίοισιν
1341. πληθύνομαι
1343. πάροιθεν
1345. πῶς γάρ τις
1346. πημονὴν ἀρκύστατον gl. τιμωρίαν ἄφυκτον
1349. ἀφρόντιστος
1350. ἔστηκα δ' ἔνθ' ἔπαισ' ἐπ' ἐ.
1351. νίκης.
1352. ἀμύνασθαι

1354. περιστιχίζω—κακόν
1355. οἰμώγμασιν
1356. αὐτοῦ
1362. διὸς νότῳ | γᾶν. εἰ σπόρητος sic
1364. ὡς ὧδ'
1366. πρεπόντων ὥς τ'
1368. τοσῶν δε
1372. πειρᾶσθέ μου—ἀφράσμονος
1377. δικαίως
1380. ῥυσᾶς gl. γῆραϊας
ὀρώμενον (sic) (gl. κινηθὲν γεγονός)
1381. τόδ' ἐπεύθου (gl. ἔμαθες)
1382. ἀπέτεμες
1383. ἄπολις δ'
1384. ὄμβριμον
1387. οὐδὲν τόδ'
1390. αὐτοῦ
1391. θρηκίων τε λημμάτων
1392. χρή σ'
1393. μιασμάτων
1395. τοιαῦτ'. α. ὠ. παρεσκευασμένης.
1396. λέγω δέ σοι
1398. ὀψὲ γοῦν
1402. λῖπος
1403. εὖ πρέπει ἀτίετον
1405. τύμμα τύμμα τίσα
1406. ἀκούεις
1408. ἄτην ἐριννύν θ'
1409. φόβου—ἐμπατεῖ
1410. ἐμὰς
1412. οὐ μικρὰ
1417. ναυτίλων
1418. ἱστοτρίβης
1421. φιλήτωρ
1422. εὐνῆς παροψόνημα τ. ἐ. χλιδῆς
1425. αἰεὶ φέρουσ' ἐν ἡμῖν
1426. ἀτέλευτον
1428. γυναικὸς διὰ (gl. ad γ. διά)
1429. ἀπέφθισεν βίον
1430. παρανόμους
1434. ἐπηνθίσω
1436. ἥτις
1437. οἴζύς
1440. ἐκτρέψης
1442. ὀλέσᾱ|σ'
1444. ἐμπίπτεις
1445. τανταλίδαισιν
1446. κράτος ἰ. ἐκ γ.
1447. καρδίᾳ δηκτὸν ἐμοὶ κρατύνεις
1449. σταθεὶς ἐκνόμως
1451. νῦν δ'
1452. τριπάχυιον
1453. γένυας gl. γενεᾶς.
1455. νείρει
1456. ἄχος, νέος ἰχώρ.
1456. τοῖσδε | δαίμονα
1462. πανεργέτα
1463. Τί γὰρ βροτοῖς
1466. ἰὼ ἰώ. utrobique
1468. τί ποτ' ἆρ' εἴπω } utrobi-
1470. ἐκπνείων } que
1471. κοίταν τάνδ' ἀνελεύθερα utrobique (gl. ἀνελευθέρως δουλικῶς)
1474. τοὔργον ἐμὸν τόδε;
1475. μὴ δ' ἐπιλεχθῇς
1481. νεκροῖς
1482. εἰ sine σὺ
1484. πῶ πῶ. πατρόθεν συλλή|πτωρ
1486. βιάζεται
1488. μέλᾱς ἄρῃς· ὅποι δὲ καὶ προσβαίνων
1489. πάχνᾳ κουροβόρῳ παρέξει.
1499. οὔτ' ἀνελεύθερον
1501. ἄτην
1503. τὴν πολύκλαυτόν | τ'
1508. φροντίδων
1509. εὐπάλαμνον
1510. ὕπα—πίτνοντος
1512. ψεκὰς

1513. δίκᾳ δ'—θήγει
1514. θηγάναις μοῖρα
1516. εἴθε μ' ἐδέξω—ἐπιδεῖν
1518. δροίτας νῦν
1520. τόδ' ἔρξαι
1521. αὐτῆς
1522. ἀποκωκῦσαι
1524. μεγάλων ἀδίκως
1525. τίς δ' ἐπιτύμβιος αἶνος
1526. σὺν δακρύοις
1527. φρενων
1528. οὔτε προσήκει
1530. κάπτεσε (sic) κάτθανεν
1532. ἀλλ' ἰφιγένειαν ἵν'
1536. χεῖρα—φιλήσῃ
1542. ῥᾷον
1543. προσάψαι
1556. ἐς τόνδ' ἐνέβη
1557. χρησμόν
1558. πλεισθενιδᾶν
1559. θεμένα
1560. δύστλητά περ
Ibid. ὀδὲ
1561. γενεὰν | κτεάνων mediis omissis
1564. ἀποχρή μοι δ' ἀλληλοφόνους
1569. ἄχη
1570. ἐρινύων
1572. χειρὸς
1575. αὐτοῦ τ' ἀδελφὸν
1577. ἑστίας (gl. ἐπὶ τὴν οἰκίαν)
1580. αὐτοῦ. ξενίᾳ δὲ (gl. φιλοξενίᾳ)
1583. παιδείων
1585. ἔθρυπτ' ἄνωθεν ἀνδρακὰς (gl. ἀντὶ τοῦ καθ' ἑαυτόν)
1588. ὤμωξεν ἄν. πίπτει δ' ἀπὸ σφαγῆς ἐρῶν
1591. τιθεὶς ἀρᾷ
1592. ὀλέσθη (gl. ἀπώλετο)
1593. ἐκ τῶνδέ σοι
1597. κατήγαγεν
1601. ἰδόντι
1602. ἐν κακοῖσιν
1603. τόνδ' ἔφης ἑκών
1606. ἔποικτον (gl. ἄξιον οἴκτου)
1610. εἰρημένον (gl. προσταγὲν αὐτῷ)
1611. δεσμὸς δὲ (gl. ἤγουν ἡ κάθειρξις)
1614. πήσας (gl. παθών)
1615. τοὺς ἥκοντας—νέον
1617. τόνδ' ἐβούλευσας
1618. τἄπη
1621. ἠπίοις (gl. ἡμέροις)
1627. ἐχθρὸς. ἢ π.
1628. ἐκ τῶνδε, τοῦδε
1629. ἄρχειν πολιτῶν
1630. οὔτι μὴ σειρᾶφόρον
1631. κριθῶντα (gl. πίονα ταῖς κριθαῖς)
Ibid. ὁ δυσφιλὴς κότῳ
1632. ἐπόψεται (gl. ἴδῃ)
1634. ἀλλὰ σὺν (gl. σοὶ δηλονότι)
1636. ἆρα ποῦ
1639. δοκεῖς
1642. ἀλλὰ κἀγὼ μὴν πρόκοπτος
1643. θανεῖν σε—ἐρούμεθα
1644. δράσομεν
1645. ὁ ἔρως
1646. ὕπαρχε. μηδὲν ἡματώμεθα
1647. στείχετε δ' οἱ γέροντες π. δ. π. τ.
1648. ἔρξαντα καιρὸν
1649. εἰ δέ τοι &c.
1650. χήλῃ
1652. τούσδε μοι
1653. δαίμονας
1654. ἁμαρτῆτον κρατοῦντα.
1655. πρυσσαίνειν
1656. αἴγ. ἀλλ' ἐγώ σ'
1661. θαῤῥῶν—ὥσπερ
1662. Abest ἐγὼ
1663. Abest καλῶς

Gloss. ad v. 929.

Εὕρηται καὶ κατέστραμμαι ἤγουν κατεβλήθην καὶ ἡττήθην, ὥστε ἀκούειν σου τάδε. ἤτοι ὑπακοῦσαι εἰς ταῦτα. ὃ δὴ ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πεπορθημένων καὶ κατεστραμμένων πολέων εἴρηται.

ad v. 99.

Ἡ φροντὶς φησι, ποτὲ μὲν κακὰ διαλογίζεται περὶ τῶν ἀποδημούντων δηλονότι φίλων. πότε δὲ θυσίας ποιοῦσα λαμβάνει χρηστὴν ἐλπίδα. ἥτις ἐλπὶς θεραπεύει τὴν τοιαύτην φροντίδα τὴν βιβρώσκουσαν τὴν ψυχὴν καὶ λυποῦσαν τὰς φρένας καὶ τὸν λογισμόν. τῆξις γάρ φησι καρδίας ἔμμονος λογισμός. λυπόφρενα δὲ γράφε. οὕτω γὰρ ἔχει πρὸς τὸ μέτρον ὀρθῶς. δέον δὲ εἰπεῖν καὶ λυπόφρενα, ἀσυνδέτως ἐπέφερεν.

Præfatio f. 2.

. . . . . οὗ καὶ τὰς αἰτίας αὐτοὶ λέγουσιν, ἐπενοήθη ἐμοιγε τῆς κοινῆς σημεῖον, διὰ τὴν τῶν πολλῶν πλάνην, καὶ οἶμαι καλὸν ἂν δόξαι τοῖς εὖ φρονοῦσιν. ἐπενοήθη δὲ διπλοῦν τ. . . . . διὰ τὸ διπλήν τινα καὶ ταύτην ἔχειν τὴν δύναμιν· ὅτε μὲν οὖν ἀντὶ βραχείας ὀφείλει λαμβάνεσθαι, σημεῖον ἐπενοήθη τοδί. ⌊ μακρὰ δηλονότι. καταρχὰς ἄνω βλέπων τὸ τοῦ ἰῶτα στοιχείου σημεῖον ἔχουσα. ὅτε δ' ἀντὶ μακρᾶς, τοῦτο ἀνεστραμμένον οὕτωσι. ⌉ μακρὰ δηλονότι ἐν τῷ τέλει κάτω νεῦον τὸ τοῦ ἰῶτα σημεῖον ἔχουσα. Finis: οὐδὲν δὲ τῶν ἐγκειμένων ἴσασιν. [Exstant ante Aristophanem p. x. ed. Kuster.]

Γένος αἰσχύλου, καὶ βίος. διωρθώθη δὲ παρὰ τοῦ σοφω κ. θωμᾶ τοῦ μάγιστρος

Ἡμέτερον δημητρίου τοῦ τρικλινίου.

Ἴστεον ὅτι πάντα τὰ μέτρα πλὴν τοῦ δακτυλικοῦ, κατὰ διποδίαν μετρεῖται. [ante Aristoph. ibid.]

ON THE

DRAMATIC REPRESENTATIONS

OF THE

GREEKS.

(*Continued from* No. VI. *p.* 215.)

VII.

Scis autem qua malignitate dubitabat olim Philo ille Herennius de Hecatæi scripto historico, aut potius de ipsius Judaismo: adeo favit ille toto opere genti invisæ satis eo ævo et contemptæ. Imo adhuc levior esse debet Scaligeri magni suspicio. Addo his a Flavio Josepho laudari eundem Abderitæ librum in re Abrami, quem tu reprobas; idque antequam suas ediderat de eo conjecturas Herennius Byblius. Nosti etiam πολυκηδεία et πολυκαρδία legi in illo carmine ab aliis; ne πολλοὶ iterum urgeam. Facile ergo et æquum voculam unam mutare, ut feci in χαλκίων, quam ad veteratores integrum ablegare. Deinde Clemens ille, infinitæ lectionis vir, et Græcorum dramatum studiosissimus rimator, Sophoclem Sophoclem appellat, citatque toties umbram ejus. Ἤρα autem denotare ἦαρ καὶ ἀέρα, item αἶνον, ἀλκὴν, βοήθειαν, et, quod volui maxime, τὸ χαρίεν, ut ἐπίηρα, χαρίτια, εὐάρεστα, Hesychius nos ambos docuit: necnon in composito ἠριγένειαν, abs ἀὴρ aut ἦαρ aut ἦρ, vario etymologorum animo construi. Cur non idem et mihi licuit? Veruntamen præter canones veteres facis, quo κόπος a κόπτω deducis. Exitus enim ille—πτω nunquam non παραγωγὴν aut τὸ περιττὸν indicat. Ita

πέτω, πίπτω: θήπω, θάπτω, et τάφος et ταφός. Non mihi crede, crede potius antiquo literatori: ἀπὸ τοῦ βλάβω, βλάβη. εἰ γὰρ ἦν ἀπὸ τοῦ βλάπτω, ὤφειλεν εἶναι βλαβὴ, ὡς σκάπτω σκαφή. Quare a κέπω ego extrusi κόπος, ut a πένω, ἐνεργῶ καὶ κάμνω, πόνος: πόκος a πέκω, non a πέκτω: σκόπος a σκέπω, non a σκέπτω: τόκος a τέκω, non vero a τίκτω. Uno verbo; cuncta in πτω exeuntia sunt pleonastica et aflectatione quadam adscita, non simplicia et primi commatis. τύπος denique, quod urges, est vox princeps, non nata a τύπτω. Plurima vero ex illis nominibus qui thematica esse arbitraris, causam certam habent et originem. Ut ψόφος a ψέφος et ψέφω, a φένω, τὸ φονεύω, venit φόνος et φέννος, ut λόγος a λέγω, λόχος *ordines*, λέχος, λέγω. δόλος a δέλω, quod est δελεάζω, alia forma inversa: Æolum δνόφος νέφος commune: πόθος ζήτησις, a πεύθω aut πείθω, ut grammatici prisci voluere. Vereor tamen ut illa sententia tua, κεπ neque in sermone Græco neque in Latino tolerari, fundamentum idoneum habeat. Multa sane in utraque dialecto hodie non leguntur, quæ tamen legi poterant, sonoritate et syllabismo salvis. Imo Fabius monet, et cum Fabio nescio quot lapides, e et i facile permutare inter Latinos. Cur ergo, a κεφαλὴ cum venerit *caput*, æque non scriberemus *occeput* et *occiput*, et ἡμικέφαλον *sinceput* et *sinciput*. Verum de turpissimo (quod satis intelligis) Orphei deo Ericepæo jam satis. Non possum tamen non mirari te de Plinii, l. 16. 33. *Tarentinam* cupressum contra Catonem in Rusticis et laudatum ab eo Manium Pescennium, dimovere aut corrigere. *Ænariam* etiam frustra mutas: Pithecusa enim insula vix apta minus huic soboli, quam sua Creta Rhodusve.[1] Hesychius præterea in voce non nostra charta scripta tuendus, Λυδιάζων, ὁ χορεύων κατὰ vel διὰ τοὺς Λυδοὺς, οἱ συνουσιάζουσι μὲν, διεσκευασμένοι δ' εἰσίν. nosti parœmiam de mollissima gente.[2]

[1] Plinius VI. 33. de *Cupresso* loquens *Huic ait, patria Insula Creta, cum Cato Tarentinam eam appellat, credo quod primum eo venerit, et in Ænaria Succisa regerminet.* Pro *Ænaria* Bentleius Epist. ad Mill. p. 476. Ed. Lips. legit *Tarra*, et emendationem suam contra hanc Bernardi objectionem defendit.

[2] Bentleius emendat Λυδίζων, et omnia dilucide explicat in Epist. ad Mill. p. 479. Mire hallucinatus est Bernardus. Tres sequentes objectiones, quibus in Epistola proxima respondet Bentleius, respiciunt ad Epist. ad Mill. p. 480.

Post καθωσίωσε leges κατέλευσε. Præterea Suidas te jubet utraque vocabula εὐηρότατον et εὐήροτον retinere. Hesychius tamen, nomini comparato duo significata plane diversa adscripsit, ab aëre et ab aratro: cujus obsecro injura? Legendum porro in eodem grammatico ἀντὶ δ' ἐνεγκόμεθα, ἐναντιούμεθα. Ἀχινάων dein, ἀχινάδων cecidit a diversa lectione codicis Homerici, aut ab insularum istarum nomenclatura, jam exiguo differenti. Cætera equidem laudo et te digna esse scio.

Vides quam propera hæc ad te scripsi, non ut valetudinem tuam interturbarem, verum ut ostenderem te posse horas alias studiis theologorum, quæ sunt præcipua et principibus viris dignissima, alias grammaticis concedere. Cave hos dimittas unde et in S. Biblia utilitas aliqua conferri potest, ut melius ipse nosti. Nisi mea verba apud te valeant satis, hortatorem etiam excitabo, proximum tibi et charissimum; ne forte tædio nescio quo tam elegans eruditio sæculo subtrahatur. Vale.

Mart. 5, 9°.

XI. Clarissimo et Amicissimo viro Ed. Bernardo R. Bentleius.

Nunc eo tandem deventum est, ubi mihi consilio et auxilio tuo est opus; siquidem omnia in Corollario diligenter retracto et corrigo. Proinde enixe te rogo ut pergas de me bene mereri, et indicare locos in epistola nostra, qui tibi de mendo vel comperti vel suspecti sunt; simul etiam ut significes an bona tua venia liceat mihi hunc appendicem celeberrimo tuo nomine honestare.

Principio, de ἠρικεπαῖος admonebo κεπ syllabam alienam esse et a Græco sermone, et a Latino; et propterea id verbum barbarum mihi videri. Tu certiorem me fac, an aliquid hic tuum interponi velis. De suspecto loco Sophoclis ex Hecatæo, quid si in hunc modum pertexam quod exorsus sum? "Vir Cl. Ed. Bernardus per literas me monuit, Non oportere temere doctrinam et judicium Josephi, Clementis, et aliorum in dubium adducere: nam in illis versibus.

---

[1] Operæ pretium erit hæc et nonnulla eorum quæ sequuntur, comparare cum Addendis ad Epist. ad Mill. p. 528. ubi eadem fere, verbis tamen subinde immutatis, disserit Bentleius, et opiniones suas contra Bernardi objectiones, suppresso tamen objectoris nomine, defendit.

Θνητοὶ δὲ πολλὸν καρδίᾳ πλανώμενοι
Ἱδρυσάμεσθα πημάτων παραψυχὴν
Θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων καὶ χαλκέων
Καὶ χρυσοτεύκτων ἢ 'λεφαντίνων τύπους.

ex aliis editionibus substitui posse πολλοὶ καρδίᾳ vel uno verbo πουλυκερδία et ex conjectura χαλκίων a χάλκιον. Equidem tam acri et subacto judicio plurimum attribuo: neque meum hoc unquam affirmabo esse verius quam illius. Pauca tamen in contrariam partem hic dicam, non certandi studio—οὐχ οὕτω μαίνομαι, sed ut secundam responsionem eliciam qua Vir Cl. extra omnem controversiam causam hanc statuat. Itaque θνητοὶ πολλοὶ ἱδρυσάμεσθα *nos multi mortales* vix satis ornate dici videatur pro Attica elegantia Sophoclis. Quod si πουλυκερδίᾳ reponas primo πουλυ in tragœdiæ diverbiis locum non habet, nam est ἰακόν. deinde πουλυκερδείᾳ dicitur non ίᾳ—quo pacto spondæus erit in sede quarta qui ferri non potest. Denique alienissimum est a sententia, nam quid est *prudentia* sive *astutia errantes*. Homer. ἀλλ' ὁ μὲν ἤν ἄλοχον πολυκερδείῃσιν ἄνωγε. Nihil autem magis in Deorum contumeliam dici potuit, quam eos ἐκ χαλκίων *æneis numulis* sive contusis lebetibus et aliis æramentis conflari: neque verum hoc erat, nec in scena impune Sophocli futurum. Quædam editiones sic exhibent: ἐκ λίθων τε καὶ ξύλων cui lectioni favet Clemens in Pædagogo, λιθίνοις καὶ ξυλίνοις καὶ ἐλεφαντίνοις ἀγαλματίοις καὶ γραφαῖς προσανέχοντες. Sed sane laterem lavamus: neque enim tam humilia et pedestria verba Sophocleo cothurno sunt digna, neque pura et Attica oratio est καρδίᾳ πλανώμενοι. Certe homo Judæus se prodit suo indicio tanquam sorex. Nimirum ea phrasis est Hebraica Psalm. 94. (et ep. ad Hebr.) Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ, καὶ αὐτοὶ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου. Esaiæ 4. ἡ καρδία μου ἀεὶ πλανᾶται. Cedo mihi gentiles qui ita loquuntur. Ipsa quoque sententia ex SS. tralata est. *Revera unicus est deus, creator totius mundi: nos vero* καρδίᾳ πλανώμενοι *statuas et idola Deorum constituimus.* Deut. 30. Si adversum fuerit cor tuum (ἡ καρδία σου) et audire nolueris, et (πλανηθεὶς) errore deceptus adoraveris deos alienos. Imo enimvero nego illa ἢ χρυσοτεύκτων ἢ 'λεφαντίνων τύπους sermonem esse bene Græcum. Græci dicerent τύπους χρυσοτεύκτους

θεῶν non —των. Sic εἰκόνας χαλκὰς Ὀλυμπιονικῶν non χαλκῶν. Artemidorus χάλκεαι γὰρ εἰκόνες τῶν ἐλευθέρων ἀνατίθενται. Epig. Εἰκόνι μαρμαρέῃ στήσαμεν ἀνθύπατον non—ρεον. Ita passim et vulgo, ut putidum sit plura testimonia afferre. Neque aliter Latini: Lucretius. *Si non aurea sunt juvenum simulachra* —non *aureorum.* Plin. 34. 7. *Lignea potius aut fictilia deorum simulacra in delubris dicata.* Juvenalis. *Effigies sacri nitet aurea Cercopithèci*—non *aurei.* Horat. *Lanea, et effigies erat altera cærea.* Idem. *Quid referam quo pacto in imagine cerea Largior arserit ignis.* et *An quæ movere cereas imagines.* Itaque ista Judaica est potius quam Græca locutio. Oracula Sibyllina, lib. 3. καὶ ξυλίνων λιθίνων τε θεῶν εἴδωλα καμόντων, pro ξύλινα. Quis neget in eodem ludo edoctos fuisse hunc Oraculorum fictorem, et commentitium istum Hecatæum? Si enim vicero de versibus male Sophocli attributis; etiam illud evidentissime constabit, quod olim Philo Herennius et nuper Jo. Scaliger suspicati sunt, Librum illum de Judæis Hecatæo inscriptum, ab ipsis Judæis Hellenistis fuisse confictum.

P. Λυδίζων &c. Verba cl. B. *Hesychius sic restituendus:* Λυδιάζων ὁ χορεύων κατὰ τοὺς Λυδοὺς, οἱ συνουσιάζουσι μὲν, διεσκευασμένοι δ' εἰσιν. *nosti paræmiam de mollissima gente.* Ut nihil aliud dicam, Λυδιάζων vox nihili est, etsi eam repræsentent Suidas et Photius. In hujuscemodi verbis αζειν dicitur quando ι vel υ præcedit terminationem nominativa pluralis ejus nominis unde istud declinatur, ut Κορίνθιοι, κορινθιάζειν. Ἴσθμιοι, ἰσθμιάζειν. Χῖοι, χιάζειν. Σίφνιοι, σιφνιάζειν. Λέσβιοι, λεσβιάζειν. Αἰγύπτιοι, αἰγυπτιάζειν. Πάριοι, ἀναπαριάζειν. alias ιζειν Λάκωνες, λακωνίζειν. Κίλικες, ἐγκιλικίζειν. Κρῆτες, κρητίζειν. Μῆδοι, μηδίζειν. Σκύθαι, σκυθίζειν. Φρύγες, φρυγίζειν, φρυγιστί. Λυδοὶ[1] (*Lydi* inquam non *Lydii*) λυδίζειν et λυδιστὶ, non λυδιάζειν neque λυδιαστί. Hæc quidem certissima. De mea emendatione videbunt eruditi: ego nullum verbum facio.

P. 33. Cl. B. sic legit. καθωσίωσε, κατέλευσε, κατέθυσε. Accederem si scirem quo auctore dixerit καθοσιοῦν esse *lapidibus aliquem appetere.*

[1] Λύδιος quidem legitur, verum haud ἐθνικὸν est sed κτητικόν. Atqui non dicitur a Μηδικὸς, μηδικίζειν, neque a Κιλίκιος, κιλικιάζειν, aut Φρύγιος, φρυγιάζειν, neque a Λύδιος, λυδιάζειν.—*Bentl.*

P. 33. Verba Cl. B. *Suidas te jubet utraque vocabula retinere* εὐηρότατον *et* εὐήροτον. *Hesychius tamen nomini comparato duo significata plane diversa adscripsit ab ære et ab aratro: cujus obsecro injuria?* Suidas sic: Εὐηρότατον τὸ καλὴν ἔχον γῆν, τὸ κάλλιστον τῆς γῆς. Εὐήροτον τὸ καλῶς ἠροτριωμένον. Quæ verba satis ostendunt et mendi vetustatem, et emendationis meæ præstantiam—nam nisi ego desipio, sic in comparatione formandum est: εὐήροτος, εὐηροτώτερος, εὐηροτώτατος, non εὐηροτότατος. Quod si reponas apud Suidam εὐηροτώτατον, jam secundum seriem literarum post εὐήροτον veniret. Ergo, quocunque te vertas, hallucinatio Suidæ est, qui sine dubio sua male confinxit ex Hesychianis, vel illis unde sua hausit Hesychius.

P. 33. Verba Hesychii: Ἀντιδι. ἀντινιενέγμεθα. Legit Cl. B. Ἀντίδ' ἐνεγκόμεθα, ἐναντιούμεθα. Sed hac ratione literarum ordo nimium quantum perturbatur, ut alia taceam. Liquido dejerare possis Hesychium scripsisse ἄντινι, et illud ἀντιδι ex correctore esse. Sed emendator iste, quicumque fuit, κακῷ κακὸν ἰάσατο—Scriptura a prima manu fuit in hunc modum; Ἀντιηνέγμεθα, ἠναντιώμεθα. Hesychius, qui, ut videtur, non leviter tum lippiebat, sic legit et descripsit; ἀντινινέγμεθα. νι et η ne apice quidem differunt. Nihil hac conjectura certius. Ἀντιηνέγμεθα, (ab ἀντιφέρομαι) ἠναντιώμεθα, verbum Ionicum. Idem Hesychius, ἀντιφέρεται, ἐναντιοῦται, et ἀντιφέρεσθαι, ἐναντιοῦσθαι. Suidas: Ἀντιφέρονται, ἐναντιοῦνται. Sed ἀντιδιαφέρομαι nusquam lego.

P. 36. Verba Cl. Bern. "Αχινάων, ἀχινάδων *accidit a diversa lectione codicis Homerici, aut ab insularum ipsarum nomenclatura tam exiguo differenti.*" Sed amabo quis eam variam appellationem memoriæ prodidit, atque adeo quis eum locum Hesychii de Echinadibus interpretatus est, antequam hæc mea Epistola in lucem ederetur.

Atque hæc quidem his vel similibus verbis commode edi possint. Tu etiam atque etiam considera an præstabilius sit hæc in publicum prodire, quam Vulcano tradi—Ego quidem nihil antiquius habeo quam te colere et observare, itaque fiet quod jusseris; sive, quod opto, plura adnotata his addere velis, sive hæc ipsa celari aut concerpi.

Quæso mihi memora editiones et paginas Theodoreti et aliorum qui de Jubale illud commemorant. Frustra enim quæro.

De Tarentina cupresso vide quam inique mecum agas. Verba mea, si bene memini, sic habent, *Si vellem hariolari conjectura*, et, *Joco potius et dicis causa hoc dictum existima, quam quod in ea sim sententia.*[1] Tu tamen exorere qui semel atque iterum mihi istud exprobes, tanquam si serio dixissem. Nihil tamen affers interea, quo minus etiam ridens verum dixerim.

Quod ad *Ænariam* attinet; nega si potes Plinium vertisse eum locum Theophrasti, aut Solinum ex Plinio sua expressisse. Cur non ad ista respondisti? Quod si feceris, paratus sum sententiam mutare. Sin vero, ὃ γέγραφα, γέγραφα.

De κάπος ingenue fateor te omnes meas rationes perturbasse. Si enim κάπος est κάψα (atque utinam extaret exemplum) nullam interpretationem tuæ isti prætulerim. Hesychius: Θήκια, καψία, et Κάμψα, θηκίον. Et Suidas, Κάψα, θήκη. Achmet autem in Oneirocriticis, p. 174. folliculum illum palmæ vocat Θήκην. Ἔλαβεν, ait, ἐκ τῆς θήκης τοῦ σπόρου τῶν φοινίκων. Non tamen repudio emendationem illam Dioscoridis et castigationem Plinii, quanquam vulgatam lectionem in Dioscoride confirmari videam ab Oribasio Latino. Omnino majore vi opus est, ut de ea sententia dejiciar. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. Noli committere ut sine literis tuis huc veniat a vobis tabellarius. Intra mensem opinor, licebit te convenire Oxonii et colloqui. Recto tamen itinere ad Vigorniam pergimus, dolituri quod non detur diutius frui jucundissima tua consuetudine. Cura valetudinem tuam, et nos ama·

XII. Ri. Bentleio v. cl. Edv. Bernardus s.

Meditatius equidem, Vir charissime, et rara conjectura facere debeo, quicquid publica causa scribo. Libelli igitur tui recentes madentesque paginas cum nuperrime te rogante perlustrarem, nihil sane theatro Seldonio aptum cogitavi, sed facilia omnia et proxima apud animum meum ita margini apposui. Quorsum autem conjectanea tam confusa, indigesta, et primi impetus in vulgus jam protinus emitterem? Horum sane non

---

[1] Verba ejus, prout leguntur in Epist. ad Mill. p. 477. sic se habent: "Dicerem etiam, si animus esset hariolari conjectura, similitudinem verborum Catoni imposuisse, cum cupressum Tarentinam appellaret. Siquidem urbs Cretæ Τάρρα, Tarentum autem Τάρας vocantur.—*Verum hoc obiter, et magis joco dictum existima, quam quod in ea sim sententia.*"

pauca ultimis tuis epistolis acute, ut soles, et recte refutasti. Quinetiam, quod ad cætera attinet, nisi tu forte suaseris, nullo meo studio ipsa defendam. Majora nunc me vocant, Cleri Christiani novum o decus et venerandum, et ab omni scena Græca alienissima. E libris etenim veterum Judæorum, et ab interpretamentis πατροπαραδότοις ut Χριστόν τε εἶναι καὶ παθητὸν τὸν Ἰησοῦν adstruam et convincam, id jam ago. Quapropter conjecturis nostris refellendis inhibere te nolo, ne epistolæ tam doctæ ac luculentæ coronis statim accedat, neve Malelas sive sophista ille Johannes confestim in aciem sæculi exeat. Vale, Vir doctissime, et in hunc sinum lætus devola. Diem illam vehementer opto. Ox. Mart. 26, 91. Piam illam familiam mea causa saluta; cujus moram mavult plurimo Oxonia quam transitum.

XIII. Ri. Bentleio v. cl. Edv. Bernardus s.

Dum forte Epistolam ad Millium nostrum, aut potius librum illum tuum absolvis, aut alia ipse facis, taces de meis, aut differs in tempus vacuum. Ego interim, qui mea omnia infra publicum commodum considere cupio, tua adhuc perlustrare pergo, dum a Seldonio sudant. Quapropter p. 45. malo legi cum Cedreno et excerptis Latinis Scaligeri Πετισώνιος ὁ καὶ Φαραῶ, quam velut inter lepida Malelæ proferre tam antiqui ævi Regem Comicum.[1] Pagina eadem e misero Johanne miserrima traduxit Scholiastes ille Stanleii aut Bullengeri; *Themis* enim et *Minos* tamquam Tragœdiæ inventores, cogente Malela, inducuntur, pro bonis fœminabus *Themide* et *Phemonoë*, quibus carmen epicum scriptores eruditi quam vetusti imprimis tribuunt. Αὐλέας autem nomen tertium Malelæ esto fingentis, qui et eundem illum in auctoribus suis sapientissimis allegat.[2] Pag. 46. Citatur septimus Pollucis hisce verbis. τὸ ὄνομα ἐπενδύτης λεπτέον ἐκ τῶν Σοφοκλέους Πλυντριῶν, Πέπλους τενίσαι λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας.

---

[1] Verba sunt Malelæ, τῶν δὲ Αἰγυπτίων ἐβασίλευσε Πετισσώνιος ὁ κωμῳδὸς Φαραώ. unde Bentleius eruit ὁ τῷ Μωσεῖ Φαραώ.

[2] Auctor Vitæ Æschyli apud Stanleium docet tres fuisse principes Tragicos Θέσπιν, Μιμῶα, Αὐλέαν, quorum loco Bentleius substituit Θέσπιν, Ἴωνα, Αἰσχύλον, et hanc emendationem præstanti eruditione confirmat.

καὶ Θέσπις δέ που φησὶν ἐν τῷ Πενθεῖ, Ἔργῳ νόμιζε νευρίδας ἔχειν ἐπενδύτην. "De quo versu, ais, cum nihil in præsentia succurrat, quod mihi satisfaciat, ejus emendationem in aliud tempus differam. Sophocleum illum sine mora expediam. Πέπλους τε νῆσαι λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας: de quo (emendato) ausim tibi asseverare."[1] Vide jam vir charissime, quam levi manu utrique versus restituuntur. Sophocleum quidem ex dialysi sola Πέπλους τε νίσαι λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας: voce vero corrigitur Thespianum: Ἔργῳ νόμιζε νεβρίδ' ἔχειν ἐπενδύτην. *Tu Bacchi gestamen gerere ipse gestis rebus ostende.* Attamen de verbo Homerico νίζω, *eluo*, ἀποπλύνω, nulla dubitatio est, quin *Lotricibus* illis Sophoclis bene conveniat. Pag. 48. in versu Alphabetico pulchre emendasti, ζβυχθηδόν. Verum statim pono βέδυ, ζάψ, χθὼν aut χθὼμ, hoc est, *aer*, *aqua*, *terra*, loco tuorum βέδυ, ζὰμψ, χθώ. Hæ enim postremæ voces nullibi leguntur. At vero ν ante πλ et similia μ ipsius sonum recipere et in MSS. optimis formam ejus notum satis. Præterea ζὰψ terque quaterque occurrit in stromate Clementis et toties absque μ ἐπενθέτῳ. Scias denique simili modo in Alphabetis suis colludere Arabas et Judæos. Pag. 52. et aliis, ob verba non sua vapulat malus ille Malelas. Dein p. 53, de Lucifero immutas, quod sincerum est: ait enim Ion, ἀοῖον ἀεροφοίταν Ἀστέρα μείναιμεν, *matutinum per aera gradiens astrum præstolemur.*[2] Judicabis autem ipse, recte ego an secus Ionis hos elegos constituerim, ὁ δὲ χρυσὸς (pro χρυσοῦς) Οἶνον ἔχων Χῖον νιζέτω εἰς ἔδαφος. *Aureum autem poculum, quod vinum fert patrium aut Chium ad fundum evacuetur eluatur et abstergatur.* Tu alio modo. Pag. 55. ὑπο ἀϊδροφῶντι, ἀϊδρίων ἀναιρετικῷ, scribe potius ordine alphabetico ἀΐδρει φωτὶ ἀνδρὶ ἀπείρῳ, ex Homeri Il. Γ. 219. et parce obsecro tuo Hesychio. Pag. eadem in Ἐῤῥωπίζομεν, βαιὸς pro βέβαιος legerat Palmerius ingenio quo solet uti. Tua βέβαι et γέλγη paucis placebunt eo loco.

Pag. 57. Εὐβοΐδα μὲν γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων.
Βοιωτίας ἐχώρισ' ἀκτῆς, ἐκτεμὼν
πρὸς Κρῆτα πορθμόν.

---

[1] His literis, ut opinor, lectis scripsit Bentleius "De quo ausim tibi *firmissime* asseverare."

[2] Emendat Bentleius Ἀμεροφοίταν.

Recta sunt illa Ionis. Portus enim Chalcidicus contra Cretam aperitur. Imo vero ad eam plagam maxime hiat Euripus. Pag. 58. Ἀπῆξε πέμφιξιν οὐ πέλας πόρου sic reformo, Ἀπῆξε πέμφιξιν Ἰοῦς πέλας πόρου. Erat enim Bosporus, quis nescit, Ἰοῦς πόρος. Vel valeat magis prior et verior tuarum emendationum. Pag. 59. Facilius est εἶτ' vel εἶδ' ἄνθη πέμφιγες ἐπιτρύουσι θανόντα, *velut caducis floribus obmurmurant et lamentantur nimbi.* Vale vir politissime et me ama. Oxoniæ, XI. Kl. Aprilis, A. D. CIↃIↃCXCI.

XIV. Cl. et am. viro Bernardo R. Bentleius.

Diu est, ut vides, quod ad te scripseram; hactenus tamen cessavi eas mittere, partim tædio horum studiorum, maxime autem quod meo uti consilio decreveram, neque quenquam amicorum his nugis immiscere. Nunc autem has illæ comitantur ne me ulla ex parte officio deesse conqueraris. Ut respondeam ad novissimas tuas, principio, joco te illam sententiam protulisse puto de Themide et Phemonoe. Themin istam ipse in meis attigi, quæ non fœmina est, sed dea Τιτανὶς Promethei mater. Nimium recedis a vulgata lectione Jo. Malelæ, et toto quidem cœlo a sententia. Quid multa? Audi Tzetzem in Prolegomenis ad Lycophronem: Τραγωδοὶ δὲ ποιηταὶ, Αἰσχύλος, Σοφοκλῆς, Εὐριπίδης, Ἀρίων, Θέσπις, Φρύνιχος, Ἴων, Ἀχαιός. Scis quam facilis erratio est in MSS. ομ et σπ, Θέσμις [vel Θεόμις] pro Θέσπις. Legis deinceps: Πέπλους τε νίσαι, λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας. Bis falleris—νίζω non habet futurum neque alia tempora quæ inde formantur: sed mutuum sumit νίψω. Quod si haberet, sine dubio primam syllabam corriperet. Dixi in epistola de κτενίσαι a κτενίζω. Hom. Il. ω. Ὁπλίσαι ἠνώγει, πείρινθά τε δῆσαι ἐπ' αὐτῆς —Itaque accedes ad emendationem meam νῆσαι, quod verbum bifariam accipi potest. 1. pro ὑφαίνειν. unde Homerus Od. ή. Ἔνθ' ἐνὶ πέπλοι Λεπτοί, εὔνητοι: quos Sophocles εὐυφεῖς vocat in Trach. φέρεις μοι τόνδε γ' εὐϋφῆ πέπλον. Vel 2. νῆσαι, σωρεῦσαι, *accumulare, condere, et reponere vestem,* ut mos erat antiquorum. Hom. Od. β. ὅθι νητὸς, χρυσὸς καὶ χαλκὸς ἔκειτο, Ἐσθῆς τ' ἐν χήλοισιν, ἅλις τ' εὐῶδες ἔλαιον. et Il. ζ. Αὐτὴ δ' ἐς θάλαμον κατεβήσατο κηώεντα, Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι. et Il. ω.

Ἦ, καὶ φωριαμῶν ἐπιθήματα κάλ' ἀνέωγεν, Ἔνθεν δώδεκα μὲν περικαλλέας ἔξελε πέπλους &c. Porro emendas Ἔργῳ νόμιζε νέβριδ' ἔχειν ἐπενδύτην. Idem profecto mihi in mentem venerat, merito vero repudiavi. Quis enim sensus et sententia? ἔργῳ νόμιζε frustra interpretaris *rebus gestis ostende.* Potius legis ζὰψ et χθὼν vel χθὼμ quam mecum sentias. Cur istud obsecro? Nempe ζὰμψ et χθὼ non alibi leguntur. Legas illud fragmentum Porphyrii a me editum et sententiam mutabis. Ibi bis ψθὼ legitur in ipso MS^to^: itaque certissimum est legendum esse ζὰμψ nisi literam M desiderari velis. Imo vero ζὰμψ et ζὰψ promiscue et scribi et pronunciari potuerunt. Non λήψεται et λήψονται semper in MS^to^ Alexandrino et vetusto illo Cantabrigiensi λήμψεται et λήμψονται exarantur? non κάψα et κάμψα apud Hesychium et Suidam?—Scio ν ante β μ π hodie efferri tanquam μ. τὸν πίθον *tom pithon* τὸν πόκον *tom pocon.* Nulla tamen vox apud Græcos in μ literam exire potuit; ut tu scis ipse. Pergis Ionis elegos corrigere—χρυσὸς Οἶνον ἔχων Χῖον νιζέτω εἰς ἔδαφος. νιζέτω passive accipis pro *evacuetur, eluatur, abstergatur.* Sane si hujuscemodi emendationes tibi belle procedunt, *Nil intra est oleam, nihil extra est in nuce duri.* Ipse, si bene memini, sic legebam: ὁ δ' ἕκαστος Οἶνον ἔχων χειροῖν ἰζέτω εἰς ἔδαφος. Possim etiam propius accedere ad receptam scripturam hoc modo: ὁ δ' ἐρυθρὸν Οἶνον &c. οἶνος ἐρυθρὸς familiare epitheton apud Homerum. Αὖταρ ἐγὼ σῖτον καὶ ὕδωρ καὶ οἶνον ἐρυθρόν. Libentissime etiam legeris ἀνδρὶ φῶτι, ἀνδρὶ ἀπείρῳ. Non me fugerat iste locus Homeri—Illam tamen correctionem merito contempsi præ mea altera: mirum enim quantum discrepant ἀνδρὶ ἀπείρῳ et ἀϊδρίων ἀναιρετικῳ. Illa nihil concinnius neque propinquius dici potest. Provoco ad aliorum judicia. Paucis, ais, placebunt βέβαι et γέλγη. Ego vero paucis lectoribus, nedum approbatoribus contentus ero: in quibus te, Vir præstantissime, magnopere numerari velim. *Me raris juvat auribus placere.* Videor mihi illud probe scire, βαιὸς esse vocem poeticam, neque Hesychio in enarratione usurpatam esse. Quid de σῆτρα et σήγιστρα? An et ibi Palmerius palmam mihi præripuit? Tuum denique est illud Ἀπῆξε πέμφιξιν Ἰοῦς πέλας πόρου. Qualis, dii boni, versiculus! in tertia sede trochæus, in quarta spondæus. Restat

unus et alter locus, de quibus, etiam si charta non deficeret, melius esset tacere quam dicere.

Raptim.

XV. BENTLEY TO BERNARD.

Jan. 26, ½.

MY DEAR FRIEND,

I PAID one pound to Mrs. Reims according to your order. I cannot express my thankfulness to you, that you will so much engage yourself for me, as to ask that favour of Mr. Spanheim.* I could have wisht you would have made use of Gronovius, who is used to such things; and the other, they say, is a very high and proud sort of a blade. But you know best whom you have the most interest with. I will draw up the passages as soon as I can, and send them to you. I told you that Sir Ed. Sherburn had lent me the whole apparatus of Gas. Gevartius: which I will look all over. I expect not much upon the author himself. All the drift I perceive is for his VINDICIÆ MANILIANÆ to prove the author of our poem to be Theodorus Manlius, Consul. A. C. 399. Among Sir Edward's own papers I find the *Collationes ex MSS. Cod. Pithœi* upon the first book: this he tells me he borrowed of you, being Scaliger's edition with those variations in the margin. I was very glad to hear this, assuring myself that altho' you did not send it me before, either that you had forgot it, or being displaced could not readily find it, yet you would not let me long want any help that you could assist me with. I find by what Sir Edward hath transcribed of it was no very old book, being of the last rate of books, equal to the *Codex Palatinus*, that of C. C. C. and your own in 4to. and those from whence the editions were printed: the second rate is an Italian MS. whose variations are written by Js. Vossius in the Bononian edition: this I call a young *Gemblacensis:* being between the recentest and it: it confirms the Gembl. in hundreds of places, for which before we had but one witness. The 1st rate are,

* The request alluded to seems to have been, that Spanheim would send a collation of particular passages in Vossius's MS. of Manilius, at Leyden, for the use of Bentley, who was then intent upon publishing that poet.

Vossius's own MS. now at Leyden, and the most sovraign copy of Gemblau. But however, though I do not expect much from the Pithœan MS; yet I would by no means miss the occasion of both approving my diligence to the world, and of publickly acknowleging my very great obligations to yourself: and therefore I entreat you to search every corner of your library till you can procure this book for,

Dear Sir, your ever obliged and affectionate,

R. BENTLEY.

XVI. BENTLEY TO BERNARD.

REV. Feb. XI.

I AM afraid my last never came to your hands: which gave you an account how I had paid 20s. to your niece, and begged of you the loan of the *Codex Pithœanus Manilii.* Sir Ed. Sherburn was so kind as to lend me all he had amassed together, towards an edition of that author; amongst which I found Collations *ex codice Pithœi* upon the first book, which he told me he was obliged to yourself for. 'Twas a printed edition (he thinks Scaliger's in 4to.) with those variations in it, *manu Pithœi.* I beg of you to supply me with it now, tho' I had it not at first, whether by being misplaced or forgot. I have now in my hands a noble fragment of Eusebius about Daniel's weeks, Gr. *ex Bibliotheca Viennensi.* It is about 12 pages 4to. of my writing, and in it there is a passage of 2 sides ἀντολεξεὶ ἐκ πέμπτου τῶν χρονογραφιῶν τοῦ Ἀφρικάνου, upon the same subject. I know you are curious about this argument: if you have never seen it (not being yet printed) and have any mind to it, I will take care to send it to you speedily, being very glad of any opportunity of shewing how much I am your obliged and affectionate Friend,

R. B.

XVII. BENTLEY TO BERNARD.

REV. May the 28th.

I AM very glad of the news of your Manilius, and expect it with impatience. At last here is come to town the *Paradise Terrestre* of Mr. Huet. If you would have it, I can buy it for

you, and send you it by Mr. Hody the next week. The School-master of Hackney is unknown to me, if you please to write to him directly, and appoint him to deliver or send them to me, they shall be conveyed to you, as soon as you will. *La Crose*, or his continuator, have translated a passage out of the *Ouvrages des Scavans* relating to my fragments of the Greek poetry. But the whole is but an *excerptum* out of my Epistle to Dr. Mill; where I say that I had formerly such a design, but it must now ly by the walls. After Philostratus and Manilius, I shall consider of your advice about the στρωματεύς. I cannot think that I should do well to balk the proofs of a Deity to attack either Theists or Jews. The Jews do us little hurt; and perhaps to bring their objections into the pulpit, and the vulgar language, out of their present obscurity, would not do well: and few would care to hear or read such discourses. Of all the parts of my task, that shall be the last that I will meddle with. And then for Theists you say, they have books written, but Atheists have only talk. Must we then pass by the Atheists, against the judgment and command of my Hon^blo^ Benefactor, who hath put them in the very first place as the most dangerous enemies? Atheism is so much the worse that it is not buried in books, but is gotten εἰς τὸν βίον; that taverns and coffee-houses, nay Westminster-hall and the very churches are full of it. A sermon therefore must be *contra malos mores*, not *malos libros*. But are the Atheists of your mind, that they have no books written for them? Not one of them but believes Tom Hobbes to be a rank one; and that his corporeal God is a meer sham to get his book printed. They understand the Cabbala well enough: that all that is but juggle; and that a corporeal infinite God is downright nonsense. I have said something to this in my first sermon, and I know it to be true by the conversation I have had with them. There may be some Spinosists, or immaterial Fatalists, beyond seas; but not one English Infidel in a hundred is any other than a Hobbist; which I know to be rank Atheism in the private study and select conversation of those men; whatever it appear to be abroad. I am told by my patrons, that hereafter all my discourses may be reprinted in 8^vo^. if this be, I must add a preface, &c.: and should

be glad in the mean time to have your remarks upon each, of any mistakes I may have made, or any things obscurely or imperfectly handled. In your last you seem to hint, that the astrological notion of our origin is a fancy of my own, and that nobody ever believed it. But 'tis your happiness, that you have not known by conversation what monsters of men have been of late days. You know the ground of the old ones, that derived us out of the soil from mechanism or chance, was that equivocal generation of frogs and insects, and plants *sine cemine:* to that they said when the earth was fresh and vigorous that more perfect animals were produced out of her. Now, therefore, because the generations of plants and insects are reduced to the starry influences, they carry in consequence the production of ourselves to the same cause. Besides Cardan, Cæsalpinus and Berigardus, &c. do in express words ascribe it to planetary influences: and 'tis now the reigning opinion of the most learned living Atheists among us; and therefore ought not to be past by. You say, *our fabrick being a portion of the world must have a like origin, 'and not descend from the stars, even in the opinion of God's enemies.* This arrangement is true: if the dispute was about the *materia* of human bodies. But now that we talk of the *forma* of it; it proves as well that the half pound of butter and pudding that we had at dinner, because they are portions of the world, were made at the same time with it. The γένεσις of animals was posterior to that of the stars in the opinions of all mankind; I do not mean the substance of animals, but their forms and textures that denominate them what they are:

But too much of our little concerns. We impatiently expect an account of affairs out of Flanders. All put up their *vota* for the success of the expected battle; which in all likelyhood will determine the fate of France.

I am your most obliged and affectionate
Friend and Servant,

R. Bentley.

To the Rev. Dr. Bernard,
in Holywell in Oxon.

SOPHRONIS SYRACUSANI FRAGMENTA.

ANTEQUAM cetera Mimographi fragmenta lectori ante oculus sistam, pauca quædam observare liceat. Ad n. XXXI. mentio facta est fabulæ cujusdam Epicharmi: titulus ejus erat *οἱ Θεαροί*, Dorice so. pro *Θεωροί*.—Sophronis *Ἄγγελος* laudatur a Germanico in Arat.—*ὁ παρὰ Σώφρονι ῥητορεύων Βουλίας οὐδὲν ἀκόλουθον αὑτῷ λέγει*, teste Demetrio de Eloc. 153. Minus recte igitur Erasmus reponi jubet *Βούνας* apud Zenob. II. 86. *Βουλίας δικάζει: ἐπὶ τῶν τὰς κρίσεις ὑπερτιθεμένων δικαστῶν· ἀπὸ Βουλίου τινὸς Ἀθηναίου· ὃς ἐπὶ τοσοῦτον ἀνεβάλλετο τὴν δίκην, ὥστε φθάσαι τελευτῆσαι πρότερον ἢ τὴν δίκην ἀποφήνασθαι.* Quæ quidem, si recte conjicio, explicatio est Grammatici, veram proverbii originem ignorantis. Mimum *Προμηθέα* memorat Grammaticus ap. Bekker. p. 85, 24. Tradit autem Joannes Lydus de Mag. Rom. p. 70. Persium mimos Sophronis imitatum fuisse.

Sophronis filius fuit Xenarchus, et ipse Mimographus: Photius; *Ῥηγίνους: τοὺς δειλούς· Ξέναρχος γὰρ, ὁ Σώφρονος τοῦ Μιμογράφου υἱὸς, ἐκωμῴδει τοὺς Ῥηγίνους ὡς δειλούς, ὑπὸ Διονυσίου τοῦ τυράννου πεισθείς.* Vid. Hermann. in Aristot. Poet. p. 94.

Ad Fr. XV. pro Suida citare debui Schol. in Aristoph. Ach. 3. unde sua hausit Suidas.

Referendum forte ad Fr. I. quod tradit Schol. in Aristoph. Vesp. 523. *ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος καὶ ὅτι τὸ ποτήριον (τὸ τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος) μεστὸν πάλιν ἀνεπλήρουν, δεδήλωκεν ἐν τῇ δ' περὶ Σώφρονος.*

Fr. XXXIX. Verbum *κρατίζεσθαι* ducit Piersonus ad Moer. p. 212. a *κρᾶτις*, gramen semisiccatum, quæ tamen scriptura dubia auctoritate nititur; quum optimi grammatici habeant *κρᾶστις*. Ceterum in Nicandri Scholiasta editum est a Schneidero, *ἀεὶ δὲ πρόσω φύλλα ῥάμνου κρατιζόμεσθα.*

Fr. XLIX. vid. Bekker. Anecd. p. 1464. not.

Fr. LIX. οἶνον pro ὄνον præbet Etymologus MS. Leid. apud Bast. ad Gregor. p. 141.

Fr. LX. Hoc fragmentum dudum ante Toupium ad Sophrona retulerat Hemsterhusius ad Lucian T. I. p. 362, qui notat, "σκύταλα certe pro cervice vox Sicula, teste Hesychio, quem una litera corruptum emendabis, Σκύταλον, τράχηλον, Σικελοί."

In Fr. V. corrige ἢ κλιβανίτας. In XII. γλυκύκρεω.

LXXXIV.

Σύνθωκοι.

Hanc vocem ex Sophrone citat Pollux X. 5. Refer ad Ἰσθμιάζονσας: vid. fr. XXXIII. Ad eundem mimum referri debent, ut videtur, LXII. LXVII.

LXXXV.

Αἰ γὰρ ἄμιν τούτων μέλοι

Apollon. de Pronom. p. 383. B. sine nomine. Sophroni adjudicat Valckenaerius, in Adoniaz. p. 236. C. qui legit τωὐτῶ, *nobis utinam res eadem esset curæ cordique.*

LXXXVI.

Οὐ μάν τοι δίφρον ἐπημμένον ὑμῖν

Idem p. 384. C. Conf. XXXII. An legendum ἐπημένον pro ἐφημένον?

LXXXVI.

Ὅσαις ὔμιν αἰνέσω.

Idem. Ibid. ὅσαις Doricum fortasse pro ὅσας.

LXXXVII.

Αμανι ψιν γενομενα

Idem p. 386. B. Συρακούσιοι ψίν· αμανι ψιν γενομενα, Σώφρων. Sturzius, Ἄμιν ἢ ψιν γ. "Saltem corr. Ἀμῖν." Bekker. Sed recte Sturzius ἄμιν, secundum Apollonii monitum in p. 383. B.

LXXXVIII.

Πῶς ψε καὶ γινώσκωμεν;

Idem p. 388. A. Σφέ—ψέ Συρακούσιοι. Σώφρων. πῶς ψε καὶ γινώσκωμεν;

LXXXIX.

τίς μοι τὰ λᾷα ἐκτίλλει;

Idem de Adverb. p. 567, 7. καὶ δν τρόπον ἦν τι πάλιν ὄνομα τὸ λήϊος, ἀφ' οὗ λάϊος καὶ λάϊον καὶ λάϊα, καὶ ἐν συναιρέσει πάλιν τοῦ ᾱ λᾴα, τις μοι τὰ λᾶα ἐκτίλλει, Σώφρων. Hoc est quod Evangelistæ dixerunt τίλλειν τοὺς σταχύας. Matth. XII. 1.

XC.

Αἰ δὴ μὴ ἐγὼν ἔματτον ταῖς αὐταύτας χερσίν.

Idem de Pronom. p. 339. B. μόνη διπλασιάζεται παρὰ Δωριεῦσιν ἡ αὐτός ἐν τῷ αὔταυτος, αἰ δὴ μὴ ἐγὼν ἔματτον ταῖς αὐταύταις χερσίν, Σώφρων. MS. ἐγὼν μάθον. Correxit Valckenaer. in Adoniaz, p. 207. A. ἔματτον, "*nisi vero* (δὲ) *ego subegissem his ipsis manibus*. Doriensibus tribuere non debebat, quod unius legerat in Mimo Sophronis muliere congruum; αὐτὸ τοῦτο, et αὐτὰ ταῦτα eleganter a Græcis usurpantur. αὐταύταις χερσὶν una dixit Sophronea, ni fallor, muliercula."—"Mulierculam Sophroneam ista dixisse, non improbabile est: sed potuit etiam vir dicere; nec quidquam est, quod de sola nos muliere cogitare cogat. Ceterum cum αὔταυτος recte compares Latinum *ipsipsus*, quod in aliquot Plauti codicibus repertum Græcam illam vocem prorsus exprimit." *Bast.* ad Gregor, p. 365. In fragmento Pythagorei cujusdam apud Diog. Laërt. III. 107. πεπαίδευται γὰρ αὖ ταύτας ὕπο, Porsonus in Opusc. p. 277. legit αὐταύτας "quod Doriensibus idem est, quod ceteris Græcis αὐτὴ αὐτῆς."

XCI.

Suid. Πωλάς. ἀντὶ τοῦ πράσεις· ἔστι τὸ ὄνομα καὶ ἐν τοῖς Σώφρονος Ἀνδρείοις. Sic etiam Harpocrat.

XCII.

Photius Lex. Παμφάλνα. *τὸν πομφόλυγα.* Σώφρων. Scriptum fuisse suspicor *πάμφλαγα.*

XCIII.

Antiatticista, p. 93, 25. ed. Bekker. Ἐκποιῆσαι *ἀντὶ τοῦ* ἐκτελέσαι. Σώφρων.

XCIV.

Phrynichus apud Lex. Rhetor. p. 351, 12. ed. Bekker. Ἀθάρη *καὶ* ἀθέρα *καὶ* ἀθήρα *καὶ* ἀθάρα *τὸ αὐτό φασιν.— ἔστι δὲ ἡ χρῆσις τῆς λέξεως πολλὴ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, κατὰ μὲν τὸ τέλος διὰ τοῦ ῆ προαγομένη, κατὰ δὲ τὴν μέσην διὰ τοῦ ᾶ. κατὰ δὲ πολλοὺς ἄλλους κατὰ μὲν τὸ τέλος διὰ τοῦ ᾶ, κατὰ δὲ τὴν μέσην, διὰ τοῦ ῆ. οὕτω δὲ καὶ Ἑλλάνικος καὶ Σώφρων ἐχρήσατο. ἐκτείνουσι δὲ καὶ τὸ ᾶ, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀθήρα.* Schol. in Aristoph. Plut. 673. Ἀττικοὶ *διὰ τοῦ ῆ, ἀθάρης· Αἰολεῖς, ἀθήρας. ἡ δὲ κοινὴ διὰ τοῦ ᾶ, ἀθάρας.* Vid. Valckenaer. in Adoniaz, p. 205. B.

XCV.

Ibid. p. 428, 22. *παρὰ Σώφρονι ἀποκαδεῖ ἀντὶ τοῦ ἀσθενεῖ κεῖται.* Sic etiam Suidas, emendatus a Ruhnkenio apud Valckenaer. in Adoniaz. p. 203. A.

XCVI.

Suidas; Ἄσμα—*σημαίνει καὶ τὸ δίασμα. καὶ Σώφρων. καὶ ἄττεσθαι, ὃ ἡμεῖς διάζεσθαι. μεταβολῇ τῶν δύο σσ εἰς τὸ ζ ἐγένετο.* Valckenaer. *ibid.* p. 205. C. corrigit, *καὶ Σώφρων διάττεσθαι, ὃ ἡμεῖς διάζεσθαι.* Cum Suida tamen consentit Lex. Bekker. p. 452, 30. Equidem legendum suspicor, *καὶ Σώφρων δὲ ἄττεσθαι, ὃ ἡμεῖς διάζεσθαι.*

XCVII.

Τί *τυ ἐγὼν ποιέω;*

Apollon. de Pron. p. 328. B.

XCVIII.

Ἔτι μέθεν ἁ καρδία παδῇ.

Id. *ibid.* p. 343. C. Ἐμέθεν. πυκνῶς αἱ χρήσεις παρ' Αἰολεῦσιν—ἀλλὰ καὶ παρὰ Συρακουσίοις· ἔτι μέθεν ἁ καρδία παδῇ, Σώφρων Γυναικείοις. Vid. Koen. ad Gregor. p. 184. ed. 2.

XCIX.

Ἐμὲ δ' Ἀρχωνίδας ἴαλλε παρ' ὑμέ.

Id. *ibid.* p. 387. B. ὑμᾶς—Δωριεῖς ὑμέ· ἐμὲ δ' Ἀρχωνίδας ἴαλλε πὰρ ὑμέ, Ἀνδρείοις Σώφρων. Forsan corrigendum ἴαλε, ut in fr. VIII. Idem nomen esse Ἀρχωνίδας et Ἀρχώνδας notavit Valckenaer. ad Schol. in Eurip. Phoen. 1386. Ἀρχωνίδην memorat Isaeus de Cleonymi Haered. §. 8. Ἀρχώνδας forma erat Bœotica. Φαιδώνδας pro Φαιδώνδης apud Platonem legi debere monuimus in Mus. Crit. I. p. 259. Ἑρμαιώνδας Thebanus memoratur ap. Thucyd. III. 5. Παγώνδας *ibid.* IV. 91. Σκιρφώνδας *ibid.* VII. 30. Διαγώνδας Thebanus ap. Cicer. Legg. II. 15. Φιλώνδας Theocr. IV. 1. Ξενώνδης Harduin. Numism. vid. Index. Διώνδας (Atticus) Demosth. de Coron. §. 65. Χαιρώνδας *ibid.* Ὀρφώνδας Pausan. X. 7. Conf. Ruhnken. Hist. Crit. Orat. Græc. p. 100. not. Hemsterhus. ad Vitam Arati, ed. Ernest. Harles. ad Demosth. de Coron. p. 134. Boissonad. *Notice des MSS.* &c. X. 2. p. 165.

C.

Ὁ μισθὸς δεκάλιτρον.

Pollux IV. 24. καὶ μὴν οἵ γε Δωριεῖς ποιηταὶ τὴν λίτραν ποτὲ μὲν νόμισμά τι λεπτὸν, λέγουσιν, οἷον ὅταν Σώφρων ἐν τοῖς Γυναικείοις Μίμοις λέγῃ, ὁ μισθὸς δεκάλιτρον· καὶ πάλιν ἐν τοῖς Ἀνδρείοις, Σῶσαι δὲ οὐδὲ τὰς δύο λίτρας δύναμαι.

CI.

Σῶσαι δὲ οὐδὲ τὰς δύο λίτρας δύναμαι.

Pollux l. c. Photius, Λίτρα: ἦν μὲν καὶ νόμισμά τι, ὡς Δίφιλος· ἐπὶ δὲ τοῦ σταθμοῦ Ἐπίχαρμος καὶ Σώφρων ἐχρήσαντο· Σοφοκλῆς δὲ λιτροσκόπον φησὶ τὸν ἀργυραμοιβόν, ἀπὸ τοῦ νομίσματος. Hesych. Λίτρα. ὀβολός· οἱ δὲ, νόμισμα παρὰ Σικελοῖς· οἱ δὲ, ἐπὶ σταθμῶν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, διὰ τοῦ β, λίβρα. Vid. etiam in v. Λιτροσκόπους. Antiatticista Sang. p. 105, 32. Λίτρα: ἦν μὲν καὶ νόμισμα Σικελικόν· ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ σταθμοῦ, Ἐπίχαρμος Ἐλπίδι ἢ Πλούτῳ. Hoc loco non repetam quæ scripsi in Diario Classico, a. 1811. p. 383, tantum notabo Dupinii errorem, qui Ulpiani verba ad Demosth. Olynth. II. καὶ οἱ μῖμοι σωφρόνων σπουδαῖοι, reddidit, '*l'imitation des caractères decens n'a rien que d'honorable*,' quum manifesto legendum sit, οἱ Μῖμοι Σώφρονος.

CII.

Λοξῶν τὰς λογάδας.

Etymol. M. p 572, 47. Σώφρων ἐν Θυννοθήραις (Vid. fr. XXII.) λοξῶν τὰς λογχάδας. Manifesto corrigendum λογάδας, *obliquans oculos*, sicut etiam apud Callimach. *ibid.* (Fr. CXXXII.)—ὅστις ἀλιτροὺς Αὐγάζειν καθαραῖς οὐ δύναται λοχάσιν edidimus λογάσιν. Nicand. Ther. 292. πάρνοψι φάη λογάδας τε προσεικής. Vid. notata ad Callim. Epigr. XXII.

CIII.

Schol. Eurip. Phœn. 3. ἔθος δὲ τοῖς ποιηταῖς θηλυκῶς λέγειν τὰς ἵππους. Σώφρονι, τὰν ἵππον. Vide notata ad Callim. H. in Dian. 17.

CIV.

Photius, Ὀγκίαν: τὸν σταθμόν. Σώφρων καὶ Ἐπίχαρμος.

CV.

Ἐνθάδε ὦν κἠγὼ παρ' ὔμμε τοὺς ὁμότριχας ἐξορμίζομαι, πλόον δοκάζων· πόντιαι γὰρ ἤδη τοῖς ταλίκοισδε ταὶ ἄγκυραι,

Demetr. de Eloc. 151. Schneiderus conjicit ὄτριχας, ex Etymol. M. 637, 21. Ὄτριχας, οἰετέας, καὶ ὄπατρας: οἱονεὶ ὁμοετέας καὶ ὁμοιότριχας, καὶ ὁμοπάτρας. (Glossa est in Homer. Il. B. 765.) sed non opus est correctione. Hesych. ὁμόπτεροι: ὅμοιοι, ὁμότριχοι. Nota rariorem vocem δοκάζων. Pulcherrima allegoria de sene mortem expectante.

CVI.

Athenæus VII. p. 312. C. Ἐπίχαρμος δ', ἐν Μούσαις, χωρὶς τοῦ σ μυραίνας αὐτὰς καλεῖ οὕτωσὶ λέγων, Οὔτε γόγγρων τις παχήων, οὔτε μυραινᾶν ἀπῆς. ὁμοίως δὲ καὶ Σώφρων.

CVII.

Ἦ ῥα κάλως ἀποκαθάρασα ἐξελεπύρωσεν.

Apollon. de Adv. p. 580, 30. τὰ εἰς ῶς λήγοντα ἐπιῤῥήματα κοινολεκτούμενα δυσὶ τόνοις ὑποπίπτει. ἢ γὰρ βαρύνεται—ἢ περίσπασται,—καὶ ἔτι παρὰ Δωριεῦσιν ἔνια ὀξύνεται, ὥστε κατ' ἔγκλισιν ἀνεγνώσθη ἤ ῥα κάλως, κ. τ. λ.

"Videtur agi de homine, quem mulier omni pecunia probe emunxit." *Schaefer.* "a λέπυρον, *cortex, putamen*, recte derivatur λεπυρόω, ἐκλεπυρόω, etsi hæc verba in Lexicis frustra quæras." *Bast.*

CVIII.

Apollodorus ap. Stob. Ecl. Phys. p. 129, 25. Γοργύραν τοῦ Ἀχέροντος γυναῖκα προσανέπλασαν ἀπὸ τοῦ γοργῶς φαίνεσθαι τοῖς πολλοῖς τὰ ἐν Ἅιδου. καθὸ δὴ καὶ αὐτοῦ τούτου τιθήνην ὁ Σώφρων μορμολύκαν ὠνόμασεν.

Vid. Diar. Class. l. c. p. 389. Futilis est Apollodori etymologia. γοργύραν dixerunt Acherontis feminam a γοργύρη *locus subterraneus, carcer profundus.* Angl. *a dungeon.* Lex. Seguier. p. 231. Γοργύρα: ὑπόνομος, δι' οὗ ὕδατα ὑπεξήει. καθόλου δὲ ἔλεγον οὕτω τὰς δυσζητήτους κατασκευὰς, καὶ μὴ ἐπ' εὐθείας. ὁ δὲ Ἀλκμὰν διὰ τοῦ ε γέργυρα ἔφη. Vid. ad Hesych. v. Γέργυρα. Jungermann. ad Polluc. IX. 45.

CIX.

Κινήσω δ' ἤδη καὶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς.

Eustath. ad Iliad. Z. p. 633, 57. ὁποίαις (γραμμαῖς) ἔπαιζον οἱ κυβεύοντες, ὧν μία τις μέση γραμμὴ ὠνομάζετο ἱερὰ, ἐπειδὴ ὁ ἡττώμενος ἐπ' ἐσχάτην αὐτὴν ἵετο. ὅθεν καὶ παροιμία, κινεῖν τὸν ἀφ' ἱερᾶς, ἐπὶ τῶν ἐν ἀπογνώσει, δεομένων βοηθείας ἐσχάτης· χρῆσις δὲ ταύτης καὶ παρὰ Σώφρονι ἐν τῷ, κινήσω καὶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς. ἔνθα λέιπει τὸ, πεσσὸν, ἢ λίθον.

CX.

Πῦς ἐς μυχὸν καταδύῃ;

Ammon. de Diff. v. p. 122, pro ἐς τινα μ. Sophronis locum corruptum esse judicat Valckenaerius. Legendum puto πυΐ, pro ποΐ, sicut Aeolenses dicebant τυΐδε. Vid. ad Sapphonis fragmenta Mus. Crit. I. p. 4.

CXI.

Ἀργυρίων δεήσῃ.

Schol. Aristoph. Nub. 754. ἀργυρίων: οὕτως ἡ γραφὴ ἀργυρίων παρὰ Φρυνίχῳ κεῖται· ὅτι οἱ Κωμικοὶ πληθυντικῶς φασίν· οἱ ῥήτορες ἑνικῶς· καὶ Σώφρων πληθυντικῶς· Ἀργυρίων δεήσῃ. Antiatticista Bekker. p. 79, 20. Ἀργύρια: πληθυντικῶς, οὐχ ἑνικῶς. Πλάτων Κλεοφῶντι.

CXII.

Ὁ δ' αὖ Φαλῆς κατακυπτάζει.

Schol. Aristoph. Ach. 262. περισπωμένως δὲ τὸ Φαλῆς ἀναγνωστέον, ὡς Ἑρμῆς· οὕτως Ἀττικοί· παρὰ Δωριεῦσι δὲ βαρυτόνως. Ὁ δ' αὖ Φαλῆς κατακυπτάζει. οὕτω Σώφρων ἐχρήσατο. Conf. fr. LXII.

CXIII.

Scholiasta Pindari ad Nem. l. 1. tradit Sophrona Dianam vocasse ἀτρέστην.

CXIV.

Πατάνα αὐτοποίητος.

Pollux VI. 90. *patina nativa, non arte facta,* Sed vera lectio, ut videtur, datur ab eodem, X. 107. ἡ μὲν πατάνη, Σώφρονος εἰπόντος ἐν Νυμφοπόνῳ, πατάν' αὐτοπάγητος. Sic enim ex codice Vossiano restituit Hemsterhusius.

CXV.

Idem X. 175. Βαίτας δὲ τὰς τῶν ἀγροίκων διφθέρας ἐν τοῖς Γυναικείοις Μίμοις ὁ Σώφρων ἐκάλεσεν. Herodot. IV. 64. πολλοὶ δὲ αὐτέων ἐκ τῶν ἀποδερμάτων καὶ χλαίνας ἐπείνυσθαι ποιεῦσι, συῤῥάπτοντες κατάπερ βαίτας. Eodem sensu, quo Sophron, vocem usurpavit Theocritus, poeta Siculus, Id. III. 25. V. 15.

CXVI.

Photius, Κάρκαρον: τὸ δεσμωτήριον. οὕτως Σώφρων. Vox Sicula, unde Latinorum *Carcer*.

CXVII.

Εἰ τὰ τῶν χοιραγχᾶν.

Apollon. de Adv. p. 622. προσκεῖται Δώρια μὲν τὰ τοιαῦτα μεταποιούμενα (ex adverbiis sc. in οῦ) εἰ τὰ τῶν χοιραγχᾶν· πεῖ γὰρ ἀ ἄσφαλτος· (fr. XXXVI.) Priora, quæ citantur etiam, p. 625, 9. Sophroni adsignavit Bastius ad Gregor, p. 352. Sylburgius conjicit vocem χοιραγχᾶν Herculem significare, qui

porcum Erymanthium strangulavit. Bastius legi posse censet, *εἰ τατῶν χοιράγχαν*, i. e. *οὗ ζητῶν χοιράγχην*.

CXVIII.

Hesych. *Ἀλικαύων. ὁ Ποσειδῶν. Σώφρων.* Guyetus ducit at *ἅλς, ἁλικός*. Forsan verbum fuerit *καύω*, unde *καύηξ mergus*. Callimachus fr. CLXVII. *δύπται δ' ἐξ ἁλὸς ἐρχόμεναι Ἔνδιοι καύηκες*.

CXIX.

Hesych. *Διατελείαν. τὸ ἄπρακτον, παρὰ Σώφρονι. τινὲς δὲ γράφουσι Διαγγελίαν*. Glossarum, ut videtur, confusio est.

CXX.

Hesych. *Κατάστικτον. ποικίλον. καὶ Σώφρων, κεντήματά φησι*. Idem. *Παραστίζουσα—Σώφρων δὲ κεντήματά φησιν*; scil. puncta quæ nominibus in quovis catalogo apponebantur.

CXXI.

Σάρον.

Hesych. *Σάρον—βαρυτονητέον, ὡς παρὰ Σώφρονι*.

CXXII.

Ὡς σκανὰς πορεύσῃ ἐν τῇ ἀσπίδι.

Hesych. *Σκανα...νται, ἐπιχαλκ...π Σωφρονίωσκανὰς πορεύσῃ ἐν τῇ ἀσπὶδι*. Locus fuit in urbe *ἡ Ἀσπὶς*, cujus quidem mentionem alicubi me vidisse memini; in marmore quodam, ni fallor.

CXXIII.

Κύμβου ἔχον ὄγκον.

Schol. Nicand. Ther. 526. *ὅσον κύμβοιο: ἤγουν ὀξυβάφου—καὶ τὸ παρὰ Σώφρονι κύμβον ἔχον ὄγκον. ἀντὶ τοῦ σκυφοειδοῦς ποτηρίου—ὅσον ἂν χωρῇ κυβοειδὲς (κυμβοειδὲς) ποτήριον*.

CXXIV.

Παιδικὰ ποιφύξεις.

Id. 179. τὸ δὲ ποιφύζειν πολλαχῶς λέγεται· καὶ ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ ἐκφοβεῖν, ὡς Σώφρων ἐν Μίμοις· παιδικὰ ποιφύξεις· ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ πνεῖν, ὡς Εὐφορίων· ζεφύρου μέγα ποιφύξαντος. Schneiderus edidit ex MSStis παιδικοίς.

CXXV.

Βλέννῳ θηλάμονι.

Athen. VII. p. 288. A. Βλέννος. τούτου μέμνηται Σώφρων ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὠλιεὺς τὸν ἀγροιώταν· Βλέννῳ θηλάμονι, ἔστι δὲ κωβίῳ τὴν ἰδέαν παράπλήσιος. Insertum oportuit hoc fragmentum post XXI.

CXXVI.

Ὅμα τέκνων θὴν δευομένα.

Plutarch. περὶ τοῦ Ει ἐν Δέλφοις. p. 386. D. καὶ τοῦ εἴθε τὴν δευτέραν συλλαβὴν παρέλκεσθαί φησιν, οἷον τὸ Σώφρονος, Ὅμα τέκνων θὴν δευομένα· καὶ τὸ Ὁμηρικόν, Ὡς θὴν καὶ σὸν ἐγὼ λύσω μένος.

CXXVII.

Hesych. Ἀγροπήγη. παροιμία ἐπὶ τῶν λιπαρῶς προσκειμένων. ὁ δὲ Σώφρων, τὰ πλεῖστα μέρη λέγει μετὰ τῶν ὀρῶν, καὶ τὰ πρότερα τοῦ ἀγροῦ. καὶ ζάπλουτοι, ἀγροῦ πηγαί. Veram lectionem ἀγροῦ πυγή indicavit Stephanus. Locum corruptum non expedio.

CXXVIII.

Hesych. Ἀδαΐα: εἰς κόρον ἄγοντα. παρὰ τὸ ἄδειν. ὁ δὲ Σώφρων τὸν ἀηδῆ, ἀδανὸν ἔφη.

Ad fr. XC. hæc adjiciantur ex Porsoni Schedis. "Αὐταυτὸν Archytas Stobæi CXIV. p. 589, 11. Inscriptio ap. Dorvill. ad Charit. p. 168. ταῖς αὐταύτας χερσὶν Sophron Apollonii Dyscoli apud Valck. ad Theocr. p. 206. ubi male αὐταύταις."

To the EDITOR *of the* MUSEUM CRITICUM.

I BEG leave to offer for insertion in the Museum Criticum, some Inscriptions, which I copied in Bœotia, and which, with one exception, have not, I believe, yet been published.

W. MARTIN LEAKE.

I.



II.

. . ΣΑΡΧΟΝΤΟΣΟΜΩΛΩΙΩΤΡΙΣΚΗΔΕΚΑΤΗΕΠΕΨΑΦΙΔΔΕ
. . ΟΥΡΡΑΝΔΡΟΣΔΑΜΟΚΛΕΙΟΣΕΛΕΞΕΔΕΔΟΧΘΗΤΥΔΑΜΥΠΡΟΞΕ
. . ΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΑΝΑΓΡΕΙΩΝΔΙΟΓΕΝΗΝΙΑΡΟΚΛΕΙΟΣ
. ΤΟΝΚΗΕΣΓΟΝΩΣΚΗΕΙΜΕΝΑΥΤΥΣΓΑΣΚΗΓΥΚΙΑΣΕΠΠΑ
. . ΛΙΑΝΚΗΑΣΦΑΛΕΙΑΝΚΗΑΣΟΥΛΙΑΝΚΗΠΟΛΕΜΩΚΗΙΡΑΝΑΣ
. ΑΓΑΝΚΗΚΑΤΑΘΑΛΑΤΤΑΝΚΑΘΑΠΕΡΚΗΤΥΣΑΛΛΥΣΠΡΟ
. . ΕΡΓΕΤΗΣ

Α Γ Α Θ Α Ρ Χ Ο

ΑΜΙΝΟΚΛΕΙΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΕΠΕΨΑΦΙΔΔΕΟΡΣΙΜ
ΕΛΕΞΕΔΕΔΟΧΘΗΤΥΔ
ΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΑΝΑΓΡΕ
ΧΑΛΚΙΔΕΙΑΑΥΤΟΝΚΗΕΣ
ΚΙΑΣΕΠΠΑΣΙΝΚΗΓΙΣΟ
ΚΗΚΑΤΑΓΑΝΚΗΚΑΤΑΘ
ΙΩΣΑΣΚΗΤΑΛΛΑ
ΝΥΣΚΗΕΥΕΡ

I

. . . . . ΤΩΠΡΟΞΕΝΙΑΑΛΛΑΛΚΟ
. . . . . ΡΜΟΓΕΝΗΣΘΙΟΔΩΡΟΣ
. . . . ΗΜΕΝΑΥΤΥΠΟ
. . ΑΛΚΙΔΕ
ΕΥΕΡ

III.

ΘΙΟΣ

ΤΙΟΥΧΑΝΑΓΑΘΑΝΑΛΕΥΑΡΑ
ΧΟΝΤΟΣΕΔΟΞΕΤΥΔΑΜΥΕ .
ΧΟΜΕΝΙΩΝΑΓΕΔΙΚΟΝΔΑ
ΦΙΤΑΟΗΟΛΕΙΑΑΠΑΛΕΞΑΝ
ΔΡΕΙΑΣΠΡΟΞΕΝΙΟΝΕΙΜΕΝ .
ΗΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΑΠΟΛΙΟΣΕ [1] .
ΧΟΜΕΝΙΩΝΚΗΑΥΤΟΝΚΗΕΣ .
ΟΝΩΣΚΗΕΙΜΕΝΑΥΤΥΓΑΣ
. . ΓΥΚΙΑΣΕΠΑΣΙΝΚΗΑΣΦΑΛΙ [2]
. ΚΗΑΤΕΛΙΑΝΚΗΑΣΟΥΛΙΑ .
ΗΚΑΤΑΓΑΝΚΗΚΑΤΑΘΑΛΑΤ
. . ΝΚΗΠΟΛΕΜΩΚΗ . . . . ΑΣΙΩ
. ΑΣΚΗΤΑΑΛΛΑΟΠΟΤΤΑ
ΤΥΣΑΛΛΥΣΠΡΟΞΕΝΥΣ . .
ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ

---

[1] A more recent copy by Mr. Cockerell confirms the accuracy of ΤΑ ΠΟΛΙΟΣ.

[2] Upon referring to No. II. it will be seen that this word is there twice written with a double Π—ΕΠΠΑΣΙΝ.—The accuracy of the present copy, however, is supported by that of Mr. Cockerell. We find another instance of the word occurring with a single Π in an inscription copied by Pococke at Thebes in the year 1740, which being a decree of the same form as the present, but differing somewhat in dialect, I subjoin for the sake of the comparison, having first altered a few letters in Pococke's copy, the correction of which (with the exception of the words ΙΡΑΝΑΣ ΙΟΣΑΣ) is rendered easy by the inspection of Nos. I. II. III.

AT THEBES.

ΘΕΟΣ ΤΥΧΑΝ . . . . ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΔΟΞΕ ΤΟΙ ΔΑΜΟΙ ΠΡΟΞΕΝΟΝ ΕΙΜΕΝ ΒΟΙΩΤΩΝ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ ΝΩΒΑΝ ΑΝΑΞΙΟΥΒΩ ΚΑΡΧΑΔΟΝΙΟΝ

Θεὸς τύχην ἀγαθήν· Ἀλεύου ἄρχοντος, ἔδοξε τῷ δήμῳ Ὀρχομε-
νίων Ἀγέδικον Δαφίτου Αἰολέα ἀπὸ Ἀλεξανδρείας[3] πρόξενον
εἶναι καὶ εὐεργέτην τῆς πόλεως Ὀρχομενίων καὶ αὐτὸν καὶ
ἐκγόνους καὶ εἶναι αὐτῷ γῆς καὶ οἰκίας ἔμπασιν[4] καὶ ἀσφάλειαν
καὶ ἀτέλειαν καὶ ἀσυλίαν καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θαλάσσην
καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης οὔσης[5] καὶ τὰ ἄλλα ὁπόσα τοῖς ἄλλοις
προξένοις καὶ εὐεργέταις.

No. I. therefore, with the assistance of the other inscriptions, which follow it, may be restored, with the exception of some of the proper names in the decree, as follows:

Εἰκόνα τήνδ' ἀνέθηκε Φορύστας παὶς ὁ Τρίακος
Κῆρυξ νικήσας καλὸν ἀγῶνα Διός,

ΧΑΔΟΝΙΟΝ ΚΑΙ ΕΙΜΕΝ ΟΙ ΓΑΣ ΚΑΙ ΦΟΙΚΙΑΣ ΕΠΑΣΙΝ ΚΑΙ ΑΤΕΛΙΑΝ ΚΑΙ ΑΣΟΥΛΙΑΝ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΓΑΝ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΘΑΛΑΤΤΑΝ ΚΑΙ ΠΟΛΕΜΩ ΚΑΙ ΙΡΑΝΑΣ ΙΟΣΑΣ ΒΟΙΩΤΑΡΧΙΟΝΤΩΝ .

In Pococke's copy the letters following ΠΟΛΕΜΩ are thus written ΚΑΙΡΑΕΚΣΙΟΣΑΣ.

[1] Αἰολεὺς ἀπ' Ἀλεξανδρείας,—a native of Alexandria Troas. Pausanias in several places speaks of the people of Troas as a part of the Asiatic Æolenses, who had the same Thessalian origin as the Bœotians. In the Orchomenian inscription beginning Οἵδε ἑνίκων τὸν ἀγῶνα τῶν Χαριτησίων, are the names of an Αἰολεὺς ἀπὸ Μουρίνας and of an Αἰολεὺς ἀπὸ Κύμης.

[2] The extraordinary word, of which I suppose ἔμπασιν would be the form in common Greek, appears to be derived from the root ΠΑΩ, and to mean the right of acquiring or possessing property. M. Boissonade (Class. Journal, No xxxiv. p. 393), alludes to some remarks, which he has made upon it in his notes on Herodian, but I have not seen them.

"Sic enim scripsisse videtur Sappho, semet ipsam consolans, exemplo Mnasidicæ, quam, licet et formosiorem et adhuc ipso flore ætatis gaudentem, superbius etiam tractaverit Gyrinno. Erat autem Gyrinno in iis, quas amabat Sappho, ut Maximus Tyrius refert, qui eam Gyrinnam vocat, XXIV. T. 1. p. 478. ed. Reisk. Adde Valck. ad Fragm. Callim. p. 150." Hoc monuit Toupius ad Longini locum. Ceterum me non fugisse hos versus choriambicos esse, satis liquet ex loco quem iis inter fragmenta Choriambica adsignavi.

Fr. XXX. 3. Hermannus, αἰδώς κέ τευς οὐκ εἶχεν ὄππατ'.

Cum Fr. XLVI. conferri potest Theocr. VII. 117. ὦ μάλοισιν Ἔρωτες ἐρευθομένοισιν ὁμοῖοι. Schol. ad Il. X. 68. et Villoison. ad Long. p. 53.

Fr. XLVIII. apud Hephæstionem scribitur, τί με Πανδιονὶς ὡράνα χελιδών. Equidem dedi. ὦ ῥαννὰ χελιδοῖ. "satis audacter," inquit Hermannus, "nec justo accentu." ὦ ῥαννὰ (debui

ὠραννὰ) sumsi ex Vossio, χελιδοῖ ex Gaisfordio. Hesychius, ab Hermanno laudatus: *ὠράνα, χελιδόνων ὀροφή.* Forte corrigendus, *ὠραννὰ χελιδοῖ, ὦ ἐρατή.* Quum vero ipsa Sappho usa sit verbo ἐραννὸς Fr. LI. et Simonides dixerit, *ἄγγελε κλυτὰ εἴαρος ἁδυόδμου κυανέα χελιδοῖ*, nescio an non recte dixerit vir primarius, me hoc fragmentum *audacter* tractasse.

LI. De hoc fragmento vid. Hermann. III. viii. 19.

LXV. ἔννη non ab ἐννέω vel ἔννημι, sed simplex verbum esse docet Hermannus.

LXXIII. Forte legendum Fῆρος ἄγγελ', ἱμερόφων' ἀηδών, vel ἀηδοῖ.

Fragmentis adjicio Apollon. de Syntaxi, p. 291. Bekker. *τό γε μὴν ἐρᾷν ὁμολογεῖ τὸ προσδιατίθεσθαι ὑπὸ τοῦ ἐρωμένου. διὸ καὶ δεόντως ἡ Σαπφὼ ἐπιτεταμένῳ μᾶλλον ὀνόματι ἐχρήσατο· ἐγὼ δὲ καὶ ἡ νοττῶτις ἐρᾶται.*

δὲ om. MS. B. dein κηνοττωτις habet A. Locus corruptus.

Item Chœrobosc. *περὶ τῶν εἰς ῶ.* p. 268.

μάλα δὴ κεκορημένη στοργᾶς.

Toup. ad Longin. Fr. III. corrigit Στοργῶς, vel Γοργῶς. Legendum puto *μάλα δὴ κεκόρημαι τᾶς Γοργῶς.*

In Alcæi Fragmento II. 4. "κάλω" inquit Hermannus "reposuit Blomfieldius, dissimulans, ut videtur, ducem sibi fuisse Schowium." Schowii Allegorias Homericas non nisi intra hos paucos menses oculis usurpavi; et dubito, num libellus iste cuiquam in his oris notus fuerit, quum Alcæum tractarem. Gaisfordius, qui hoc fragmentum citat ad Hephæst. p. 336. nihil de Schowii monito dicit. Ceterum in primo fragmento retineri posse γνόφαλλον, formam Æolicam, monuit Schweighæuser.

Hermannus corrigit *πὲρ μὲν γὰρ ἄντλος ἰστοπέδαν ἔχει*, ut in Fr. XI. Mox *τόδ' αὔτε κῦμα τῷ προτέρῳ νέον | ὁμοστιχεῖ.....* *παρέξει δ' | ἄμμι πόνον πολὺν.....ἀντλῆν.*

Heynii conjectura fuit ὁμοστιχεῖ. Atqui ὁμοστιχεῖν non valet *proxime sequi*, sed *simul ire*, quod cum epithetis προτέρῳ et νέον parum congruit.

Fr. XI. οἴκω τε πὲρ σῶ. V. D. in Diar. Class. l. c. legit πέρσω. Sed vere monuit Bastius, l. c. πὲρ Æolicam esse formam τοῦ περί. Nescio qua incuria factum est ut ediderim οἴκῳ τε πὲρ σῷ in dativo.

Fr. XIV. repetitur infra No. XLVII. Omittitur autem locus citatus ad Sapphon. XXX. Θέλω τι ⊢ειπῆν, ἀλλά με κωλύει | αἰδώς. Hoc monuit V. D. in Diario Classico.

Fr. XX. πλείαις κακκεφαλᾶς. Idem V. D. conjicit κακκαλάθους. Sed retineri potest πλείαις, Æolice pro πλέας. Il. κ'. 579. ἀπὸ δὲ κρητῆρος Ἀθήνῃ Πλείου ἀφυσσάμενοι. Constructio erit, κίρναις ἕνα καὶ δύο, ἔγχεε (κυλίχναις) πλείαις κὰκ κεφαλᾶς. Angl. *full up to the brim*. Od. Θ. 84. Πορφύρεον μέγα φᾶρος ἑλὼν χερσὶ στιβαρῇσι, Κὰκ κεφαλῆς εἴρυσσε, *over his head*.

Fr. XXV. ὤνθρωφ', οὗτος ὁ μαινόμενος. Lege, ὠνέρ, οὗτος ὁ μ. MSS. ὠνήρ. Vid. Dobræi Collat. Aristoph. Vesp. (p. 96.)

Fr. XXVII. in notatis lege, *sed* ἀκρήτου μένος.

Fr. XXXV. Voces Αἶαν τὸν ἄριστον citat grammaticus ap. Bekker. Anecd. Gr. p. 1183. accusativum, pro Αἴαντα. Quare delendum est punctum post Αἶαν.

Fr. XXXVII. citat Apollon. Dysc. de Synt. p. 92. ed. Bekker.

Fr. LV. Buttmannus ad Schol. in Od. Φ. 71. "Blomfieldius, apud quem hoc est Alcæi fragmentum 55. 'Forsan corrigendum ἄλλᾳ τὸ νόημα'. Videtur autem μυνάμενος Æolice dici pro μυνώμενος'. Verum utrumque mihi videtur: nam illud

nititur scholiastæ explicatione; verbum autem μύνομαι ex hoc tantum fragmento lexica intravit, in posterum omittendum. Accedunt rhythmi, qui optime claudunt metrum quale est illud ionicum Alcæi 'Εμὲ δειλάν."

Fr. LXXXVIII. Veram lectionem esse ὦ Εὐρυδάμαν, discimus ex grammatico in Bekkeri Anecd. Gr. p. 1183. ult.

Dixerat Alcæus κίνδυνι, dativum a κίνδυν, teste Choerobosco ap. Bekker. Anecd. Gr. Ind. v. Κίνδυν.

Schol. in Od. Λ. 521. ed. Buttmann. καὶ Ἀλκαῖός φησι τὸν Κήτειον, ἀντὶ τοῦ Μυσόν.

Dixi in p. 444. Villoisonum observasse scribendum esse Μυτιλήνη, non Μιτυλήνη: sed hoc jampridem monuerant Cellarius Geogr. III. 2. Duker. ad Thucyd. III. 20.

Ceterum Alcæi reliquias, non tamen emendatas, edidit Theod. Frid. Stange 1810. interque eas etiam quædam Alcæi comici. Librum non nisi intra has paucas dies vidi.

In Stesichori fragmentis nonnulla melius disposuit V. D. in Diario Classico, l. c. Malim tamen III. 1, sic ordinare,

> Ἀέλιος δ' Ὑπεριονίδας δέπας εἰσκατέβαινε
> χρύσεον, ὄφρα δι' ὠκεανοῖο περά-
> σας ἀφίκοιθ' ἱερᾶς ποτὶ βένθεα νυκτὸς ἐρεμνᾶς.

Rectissime conjungit V. 1. et 2.

In Fr. incert. 7. legendum puto αὐτόν σε πυλαίμαχε πρῶτον potius quam πυλάμαχε. Schol. Venet. ad Il. E. 31. tradi Stesichorum Martem πυλέμαχον vocasse; i. e. πυλαίμαχος. Absurde Hesychius, Πυλαίμαρχος: πολέμαρχος. καὶ ὄνομα κύριον. Confudit, ut opinor, duas glossas, Πυλέμαρχος: πολέμαρχος, Æolice scilicet; et Πυλαμι (i. e. Πυλαιμένης) ὄνομα κύριον. Suid. Πυλαιμένης: ὄνομα κύριον. (Il. B. 851.)

LECTORI.

Quæ sequuntur prolusiones, præfixæ sunt Indicibus Lectionum in Universitate litteraria Berolinensi institutarum annis MDCCCXII.—MDCCCXXIII. Has autem nobiscum communicavit auctor egregius, Augustus Boeckhius, eo consilio, ut ex iis vel unam vel plures, prout visum fuerit, publici juris faciamus; quod nostratibus non ingratum fore confidimus, qui nihil, quod a Boeckhio profectum sit, lectu indignum judicabunt. Nihil mutavimus: perorationes tantum omisimus, quibus academicos Berolinenses compellavit vir doctissimus.

Boeckhius de Ionicæ gentis Republica.

Vetustissimum institutum populorum Orientis, Indorum, Persarum, Aegyptiorum erat olim et nunc est in terris quibusdam, ut gentes eæ, ex quibus civitas conflata sit, genere, loco, moribus, connubio sejunctæ ac segregatæ, propriam quæque vitæ tenerent sectam, alia rebus divinis, alia militiæ, opificiis alia, alia agro colendo intentis usque eo, ut negotio, quod sit cuique tributum, immisceri ceteris nullo modo liceat. Sed ab horum populorum moribus sunt qui alienissimos fuisse putent Græcorum vel antiquissimos, quique negent committendum esse, ut elegantis venustæque nationis primordia Orientalium scilicit sordibus contaminentur ab iis, qui quum originem ejus ex Orientis incunabulis repetentes, tum priscam universam Græciæ eruditionem cultumque, fabulas religionesque plurimas, mysteria, lustrationes aliaque ejusmodi, postremo artes ipsas Orientis disciplinæ accepta referri contendentes, Græcorum detrahant et ingenio et honori. Quæ utut sunt, hoc certe infitiari neminem oportuit, priscæ Græciæ eadem fere, quæ Orientis, instituta

reperiri tam in rebus profanis quam in divinis: quod, licet non inauditum doctis, uno *Ionicæ* gentis monstrabimus exemplo, cujus rempublicam initio peræque invenias atque Orientis civitates constitutam.

Ionis, Xutho nati ex Apolline et Creusa Attica, quatuor feruntur esse filii, quos Euripides significat in Ione[1], his verbis atque ita scribendis:

> Τελέων μὲν ἔσται πρῶτος· εἶτα δεύτερον
> Ὁπλητες Ἀργαδῆς τ', ἐμῆς τ' ἀπ' Αἰγίδος
> Ἔμφυλον ἔζουσ' Αἰγικορῆς.

Ordine paullulum discrepante Herodotus[2] meminit eorundem Ionis filiorum, Τελέοντος sive Γελέοντος (dissentiunt enim scripti codices) καὶ Αἰγικόρεος καὶ Ἀργάδεω καὶ Ὁπλητος: ab iisque appellatos Atticæ populos sive tribus, quas φυλὰς vocant, Τελέοντας sive Γελέοντας, Ὁπλητας, Ἀργάδεις, Αἰγικόρεις, præter Herodotum et Euripidem contendunt Pollux[3] qui sua desumpsit ex Aristotelis Republica Atheniensium, et Stephanus Byzantius[4]. Quod qui credat, is nobis relegandus erit ad superstitiosos istos, quorum animus, commentis anilibus imbutus, pertinacissime inhæret traditis ab antiquitate fabulis, neque in mentem earum, dignissimam sane, quam data opera scrutemur, indagare valet altius. Quid quod veterum ipsorum prudentissimi perspexerunt, non ab Ionis prole, sed a vitæ generibus priscis Atticæ populis

---

[1] Vs. 1579. Omnes libri veteres habent Τελέων; quod vero in nonnullis editionibus legitur Γελέων, est de conjectura Guil. Canteri N. L. V. 19. ex Herodoto hoc reponentis.

[2] V. 66.

[3] VIII. 111. Ἀπὸ δὲ τῶν Ἴωνος παίδων ἐπὶ Ἐρεχθέως Τελέοντες (ita scriptum ex codd.) Ὁπλητες, Αἰγικόρεις, Ἀργάδεις (in libris est Κάδεις). Monendum hoc loco germanas formas videri Αἰγικόρεις et Ἀργάδεις a singularibus Αἰγικόρης et Ἀργάδης, quæ sunt apud Herodotum, licet Euripides scripserit Ἀργαδῆς et Αἰγικορῆς, quod monstrant lectiones ed. Ald. Ἀργολῆς et Αἰγικορῆς. Αἰγικορεῖς tamen vocabantur tribules Αἰγικορίδος demi Attici. V. Steph. Byz. Et sane recentiori tempore Αἰγικορεὺς dicitur is, qui est ex populo Aegicorensium, ut in Marmore Cyziceno.

[4] V. Αἰγικόρεως (Αἰγικόρεις), ubi ordo populorum hic est: Αἰγικόρεις, Ἀργάδεις, Γελέοντες, Ὁπλητες.

indita fuisse nomina? ut Plutarchus tradit in Solone[5] ita scribens: καὶ τὰς φυλάς εἰσιν οἱ λέγοντες οὐκ ἀπὸ τῶν Ἴωνος υἱῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν γενῶν, εἰς ἃ διῃρέθησαν οἱ βίοι, τοπρῶτον ὠνομάσθαι, τὸ μὲν μάχιμον Ὁπλίτας, τὸ δὲ ἐργατικὸν Ἐργάδεις· δνεῖν δὲ τῶν λοιπῶν Γεδέοντας μὲν τοὺς γεωργοὺς, Αἰγικόρεις δὲ τοὺς ἐπὶ νομαῖς καὶ προβατείαις διατρίβοντας. Ab hac sententia paullulum recedit Strabo[6], errore manifesto genera vitæ et tribus distinguens, ubi de Ione, Ὁ δὲ, inquit, πρῶτον μὲν ἐς τέσσαρας φυλὰς διεῖλε τὸ πλῆθος, εἶτα εἰς τέσσαρας βίους· τοὺς μὲν γὰρ γεωργοὺς ἀπέδειξε, τοὺς δὲ δημιουργοὺς, τοὺς δὲ ἱεροποιοὺς, τετάρτους δὲ τοὺς φύλακας. Nec omittendus est loco hoc Critias ille Platonicus[7], plura, quam arbitrantur vulgo, ex traditione pervetusta retinens, qui de rebus Atticæ antiquissimis, Ὤικει δὲ τότ', ait, ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ τὰ μὲν ἄλλα ἔθνη τῶν πολιτῶν περὶ τὰς δημιουργίας ὄντα καὶ τὴν ἐκ τῆς γῆς τροφήν· τὸ δὲ μάχιμον ὑπ' ἀνδρῶν θείων κατ' ἀρχὰς ἀφορισθὲν ᾧκει χωρὶς, πάντα εἰς τροφὴν καὶ παίδευσιν τὰ προσήκοντα ἔχον, ἴδιον μὲν αὐτῶν οὐδεὶς οὐδὲν κεκτημένος, ἅπαντα δὲ πάντων κοινὰ νομίζοντες οὐτῶν, πέρα δὲ ἱκανῆς τροφῆς

---

[5] Cap. 23. Γεδέοντας retinui ex fide librorum veterum: Canterus correxit Γελέοντας, H. Stephanus Τελέοντας. Nostram sententiam paullo posuimus infra.

[6] VIII. p. 383. C. Strabonem secutus fere videtur esse Universitatis nostræ litterariæ decus, B. G. Niebuhr Hist. Rom. T. I. p. 226. qui tamen quatuor Ionicæ gentis populos dicit esse Sacerdotum, Militum, Agricolarum et Pastorum, quum Strabo Pastores ignorans appellet quartam stirpem Opificum. Sic Geographus, si Τελέοντας putabat esse Agricolas, a ceteris scriptoribus in hoc uno discedit, quod Pastorum loco ponit Sacerdotes, annotante Musgravio ad Eurip. l. c.: quomodo tamen fieri potuerit, ut Αἰγικόρεις pro ministris sacrorum haberentur, prorsus non intelligo. An igitur statuendum est, Strabonem Τελέοντας pro Sacerdotibus, Αἰγικόρεις pro Agricolis habuisse? Immo is tribus Ionicas cum vitæ generibus non conjunctas, sed utraque plane diversa fuisse opinatus est, quod verba ejus ipsa declarant.

[7] P. 110. C.

οὐδὲν ἀξιοῦντες παρὰ τῶν ἄλλων δέχεσθαι πολιτῶν, καὶ πάντα δὲ τὰ χθὲς (in libris Reipublicæ, ad cujus præcepta hæc accommodata sunt) λεχθέντα ἐπιτηδεύματα ἐπιτηδεύοντες, ὅσα περὶ τῶν ὑποτεθέντων ἐρρήθη φυλάκων. Neque Athenis solum, sed etiam apud ceteros Ionicæ stirpis Græcos, ex matre Attica translatum valuit institutum hoc[8], ac Cyzici, in Milesiorum colonia, si non instituti ratio, certe nomina tribuum durarunt in Imperii Romani ætatem, qua ætate inscriptiones a Populo Cyziceno incidi jussæ, præter binas tribus recens additas, antiquas illas repræsentant Athenarum[9].

Fuere autem Ὁπλῆτες milites, quos Plutarchus ex recentiore usu ὁπλίτας vocat, Strabo φύλακας, Platonico genere dicendi in Republica, Timæo et Critia inprimis obvio; deinde Ἀργάδεις, qui aliis δημιουργοὶ dicuntur, sunt Opifices, dicti quasi Ἐργάδεις, quod nomen est apud Plutarchum: neque enim satis probabiliter interpreteris rusticos, licet Græcis ἔργου proprium fere sit de labore agris colendis impenso: Αἰγικόρεις autem non possunt esse alii, quam pastores pecudum, ut ovium et caprarum, quos consentaneum est dignitate ultimo fuisse loco habitos. At major difficultas est hæc, quinam fuerint Τελέοντες, iidemque hoc ipso nomine appellati sint an potius Γελέοντες aut Γεδέοντες. Locus est enim fere nullus, quin scripti editique libri varient in hoc vocabulo: in Euripide tantum et Polluce veteres codices primam scripturam tenent constantissime: apud Herodotum in duobus tantum scriptis, Askewiano et Passioneo, ac fortasse in Mediceo,

---

[8] Testis est Herodotus V. 69.

[9] V. Caylus Recueil d'Antiq. T. II. tab. 59, et tab. 60, 61, 62. In altero marmore primo loco comparet ΑΙΓΙΚΟΡΕΥΣ quidam, deinde ΒΩΡΕΥΣ; mox ordine sequuntur ΓΕΛΕΟΝΤΕΣ, ΟΙΝΩΠΕΣ, ΑΡΓΑΔΕΙΣ, ΟΠΛΗΤΕΣ, ΑΙΓΙΚΟΡΕΙΣ. Post hos periit particula, in qua haud dubie nominabantur ΒΩΡΕΙΣ. [Præterea eadem illa Ionica tribus in Teiis inscriptionibus memoratur; altera Sherardiana est, in qua habetur ΗΦΥΛΗΗΓΕΛΕΩΝΤΩΝ: altera est ap. Pocock. Inscr. p. 37. 1. cf. ap Murat. T. II. p. DCXLIV. 5. sed in utroque exemplari corruptior etiam vox est. Nam Pocockius exhibet: ΗΦΥΛΗΕΕΟΝΤΩΝ, Muratorius: ΗΦΥΛΗΙΣΕΝΛΕΟΝΤΩΝ.]

Teleontis nomen reperitur[1], in plurimis comparet Geleon, perinde atque in Stephani Byzantii libris veteribus: ea vero scriptura, quam tertio loco posui, ex unius Plutarchi codicum vestigiis ducta est, et nostro quidem judicio debetur librariis, qui litteras simillimas Λ et Δ permutaverint, nec, quamvis Γεδεοντες possint haberi οἱ τὴν γῆν δαίοντες, vulgo dicti γερμόβοι, mereri videtur, ut ei diutius inhærescas. Sed scripturæ Γελέοντες insignem auctoritatem conciliat Marmor Cyzicenum, in quo hoc distincte exaratum cernitur[2]. Nihilo tamen magis germanum hoc nomen pronunciarimus; immo alterum Teleontis verum esse suscipimus demonstrandum. Quid vero mirum, si Cyziceni, tertii ab Attica coloni, antiquam vocabuli scripturam et rationem immutarint? cujus eos facinoris insimulare licet eo tutius, quod, qui factum sit, ut Teleontum nomen migrarit in Geleontum, conjectura, quæ paullo post afferetur, assecuti sumus veri simillima. Sed quid moramur diutius in marmoris tam recentis auctoritate infirmanda, neque ocius promimus argumentum longe firmissimum idque antiquitatis remotissimæ fide contestatum? Quippe Teleontis Atheniensis filium Butam, Zeuxippæ conjugem, cyclici jam poetæ celebrabant, ex quibus sua derivarunt Apollonius Argonauticorum scriptor[3], Apollodorus[4], Hyginus[5]. Estque is Iasonis æqualis laborumque socius: igitur quum Iason Aesonis filius, Crethei nepos, quartus sit ab Aeolo, Butas autem Teleontis Iasoni æquævus, liquet Teleontem, Butæ patrem, quem prisci canebant

---

[1] Ex his recepit Gronovius, jubente olim Is. Casaubono ad Strab. l. c.

[2] "On lit distinctement sur le Marbre ΓΕΛΕΟΝΤΕΣ." Caylus l. c. p. 209. Adde Teium titulum supra allatum.

[3] Argon. I. 96. IV. 912. Priorem locum attulit Wesselingius ad Herodotum, sed eundem hunc esse quem Ionis filium, ne somniabat quidem. Aeniadem hunc Butam appellat Argonauticorum Orphicorum scriptor vs. 141. Valerius Flaccus patris nomen omisit. Alius est Teleon Locrus ap. Apollon. I. 72, 73. Val. Flacc. I. 402. et Hyginum. Ejus filius Eribotes, quem alii male Eurybaten vocant. Cf. Burm. Catal. Argon. h. v.

[4] Bibl. I. 9. 16.

[5] Fab. 14.

vates, non alium esse quam Ionis filium, nepotem Xuthi, quem Aeoli fratrem perhibebant fabulæ. Itaque in vetustissimis carminibus Teleontem, non Geleontem inventum esse constat: in quibus si fluctuasset lectio, non, opinor, dissimulaturi hoc fuissent fabularum scriptores diligentissimi.

Sed quodnam vitæ genus tributum Teleontibus est? Possis Sacerdotes interpretari, ob τέλη sive τελετάς: Strabonem tamen ne pro hac sententia afferas, obest id, quod is vitæ sectas a populorum divisione ex Ionis filiis nomina habentium separavit diserte. Illud gravius, quod Euripides, qui solus Ionis filios eo ordine appellat, quo ferebantur nati, Teleontem primum facit, deinde infert Hopletes, Argadenses et Aegicorenses. Quum enim necesse sit milites potiores habitos esse opificibus, opifices pastoribus: si Teleontes militibus ipsis dignitate præstabant, non alii possunt esse quam ministri rerum sacrarum, qui apud Orientales quoque populos primam constituunt classem. Accedit præterea Herodoti, Pollucis, et Marmoris Cyziceni auctoritas, in ceteris quidem populis ordinem instituentium varium, sed Teleontes uno consensu primo loco ponentium. Sed, quod Teleontum populus primus fuerit, inde non colligitur eos fuisse dignitate præcipuos: etenim etiam iis, qui ætate principes essent, primus poterat in fabulis locus dari. Principes autem ætate et indigenæ in singulis terris erant fere rustici, quibus victis agros colendos concedere solebant fortiores ac nobiliores advenæ, ea quidem conditione, ut ex fructibus tributa penderent victori, cujus rei nobile exemplum Thessalorum præbet Penestica gens. Ac sane hæc est vera ratio: non sacerdotes sunt Teleontes, sed rustici agri culturam exercentes atque inde tributa præstantes nobilibus (τελοῦντες), qui Eupatridæ posthac dicti sunt, tum autem Ὁπλῆτες: mansitque hoc institutum usque ad Solonis σεισάχθειαν[6].

[6] Plutarch. Solon. c. 13. ἅπας μὲν γὰρ ὁ δῆμος ὑπόχρεως ἦν τῶν πλουσίων· ἢ γὰρ ἐγεώργουν ἐκείνοις, ἔκτα τῶν γινομένων τελοῦντες, ἑκτημόριοι προσαγορευόμενοι καὶ θῆτες, etc. (adde Ruhnk. ap. Bekker. Schol. in Plat. p. 327.), de quo loco ex Schæferi sententia dixit Ed. Platnerus de gentibus Atticis earumque cum tribubus nexu p. 8. quem hic honoris causa appellatum volumus, quamquam multa parum distinxit et nonnulla omisit ad rem pertinentia vel maxime. Præterea memorabile apud Indos quoque veteres sextam frugum

Sic veterum judicabant ii, quorum sententiam Plutarchus illis, quæ supra apposuimus, tetigit verbis: sic recte Τελέοντες tertii sunt apud eundem Plutarchum, atque apud Byzantium Stephanum: sic intelligitur, cur Teleontum nomen mature depravatum sit in Geleontum. Etenim quum rustica fere plebs in hanc classem conscriberetur, poterat, permutatis litterarum formis affinibus, Γελέων, non Τελέων Ionis filius appellandus videri, tanquam Γέλεως sive Γεώλεως, hoc est λεὼς γεωργικός. Postremo ne hoc quidem negligendum, Teleontis filium esse Butam. Quodsi Teleontem tribus auctorem faciebant veteres fabulæ, necesse est ejus filios et nepotes gentium (γενῶν), quas unaquæque veterum tribuum habebat nonaginta, ternis phratriis divisas, habitos auctores fuisse: unde colligas Butadarum gentem tribui Teleontum esse annumeratam. Jam vero Butæ nomen, a bobus aratro junctis ductum[7], gentem Butadarum primitus fuisse rusticam declarat apertissime; unde rusticam judices Teleontum tribum necesse est: comprobatque hoc etiam Locrus ille Eribotes, Teleontis Locri filius, a pluribus scriptoribus inter Argonautas commemoratus. Atque indidem intelligitur, cur Butæ uxor dicta sit Zeuxippe: cui fabulæ similis illa, quæ Hopletis filiam Aegeo regi nupsisse tradebat[8]. Hi Butadæ, postquam antiqua tribuum ratio a Clisthene sublata est, pago (δήμῳ) nomen dederunt, ut Dædalidæ, Cothocidæ, Aethalidæ, Ionidæ, aliæque permultæ; sed germani Βουτείας gentiles, quo distinguerentur a ceteris tribulibus insititiis, Eteobutadæ appellari voluerunt, ut Eteocretes opponebantur advenis, qui nomen Cretense usurparant: ac retinuere Butadæ sacra sua rei rusticæ conjuncta in Diipoliis sive Buphoniis[9], similiter ac

---

partem regis fuisse, ut legimus in Sacontala. Eadem autem priscorum Atticæ rusticorum tributa Plato significat in Critia.

[7] Βούτης est βούκολος. V. Hesych. et ibi intpp. Distinguebantur bubulci ab Aegicorensibus, ovium tantum et caprarum pastoribus, et rusticis adscribebantur. Auctor pagi dicitur Butas Pandionis apud Steph. Byz. h. v. eratque ejus ara in Erechtheo, Pausan. I. 26, 6. Athenis nomen migravit Miletum, unde Butas Milesius ap. Pausan. VI. 2, 17. quamquam hoc nomen late patebat in Asia minori aliisque terris.

[8] Apollod. III. 14. 6. Tzetz. ad Lycophr. 494.

[9] Hinc Βούτης ὁ τοῖς Διϊπολίοις τὰ Βουφόνια δρῶν ap. Hesych. ubi v. Intpp.

Buzygæ, sacræ arationis antistites[10], dicti a Buzyge sive Epimenide, qui primus boves aratores junxisse fertur, et Teleontibus haud dubie adscripti: cui tribui propriam arbitror fuisse Minervam Βούδειαν. Ejusdem populi gentes fuere Βρυτιάδαι, Εὐπυρίδαι, a vino illi, hi abs tritico appellati; ex Argadensium autem populo Dædalidæ aliæque plures gentes, quas nunc nihil afferre attinet, in pagos relatæ sunt; item Aegicorenses, quæ stirps tota in unum videtur pagum redacta esse; postremo ad Hopletum populum Philaïdæ, ex quibus est Pisistratus, Eurysacis posteri, inter quos est Alcibiades, et præter alias multas Codridarum regia stirps videntur esse referendæ, quemadmodum etiam apud Aegyptios ex Armatorum numero deligebantur reges.[11]

Itaque videmus Athenas ipsas, omnis humanitatis parentes, principio eadem utentes reipublicæ forma, quam Orientis nationes inde ab antiquissimis temporibus tenebant constantissime; sive a Cecrope Aegyptio, ut sunt qui putent, Athenæ traxerunt, sive Ionicæ gentis, antequam Atticam terram occuparet, propria fuit: quod multo magis probabile est, tum quod ab Ionis filiis appellati populi feruntur, tum quod ceterarum quoque Græcæ nationis gentium, atque adeo Romanorum, similem invenimus conditionem. De qua re hic non est agendi locus. Adultis vero jam Athenis Solon, quamquam sacratas vetustate tribus aut tollere ausus non est, aut non putavit tollendas esse,

---

[10] V. Hesych. h. v. et intpp. Gens hæc est Buzygia, quod etiam lexica perspexerunt. V. H. Stephani Thes. L. Gr. T. I. p. 773. F.

[11] Post hæc non jam opus est mirificam refutare Tib. Hemsterhusii originationem in Wesselingii nota ad Herodoti locum proditam, qui Γελέοντας appellatos censet ab obsoleto γελέω, ut sint οἱ λαμπροί, *Nobiles, Splendidi, Eupatridæ:* etenim Hopletes potius Eupatridæ sunt, non Teleontes. Nec vacat nunc omnes omnium, qui antiquitatum Atticarum caput hoc pertractarunt, errores refellere, nec magis de aliis populi Attici divisionibus dicere, quæ partim fictæ sunt, partim non Ionicæ, partim famæ socordia parum accurate traditæ. De iis summatim dixit Pollux, atque, ut notos libros prætereamus, nuperrime data opera Ed. Platnerus in modo memorata commentatione.—[Hæc olim scripsi; sed nunc quoque, undecim annis post, licet plurimi eundem volverint lapidem, vix quidquam reperio, quod me, ut sententiam meam mutem, commoveri possit. Attamen alio loco, data facultate, universam tribuum, gentium ceterarum civium divisionum rationem denuo tractabo de industria.]

tamen senatu ex omnibus quatuor tribubus lecto et addita populi descriptione ex censu, ac remisso ære alieno, quo pauperes nobilibus obstricti erant, nomina tantum, non vim et rationem veterum tribuum reliquit, donec Clisthenes nomina ipsa abolevit. Nam ante Solonem haud ambiguum est senatores ex solis Eupatridis, qui Hopletum tribu continebantur, lectos esse; tributa autem non ex censu præstabantur, sed ab inferioribus exigebantur tribubus, inprimis abs Teleontibus. Non omnia tamen periere priscæ conditionis vestigia: agrorum enim divisionem, quam Plutarcho teste postulabat plebs in detrimentum Hopletum, quibus ut dominis obnoxii erant rustici, Solon non sustinuit facere: et Clisthenes phratorum et gentilium sodalitia cum antiquis tribubus rebusque sacris conjuncta religioni duxit dissolvere.

Scr. m. Februario a. MDCCCXII in Universitate litteraria Berolinensi.

(SEQUUNTUR duæ prolusiones, quarum in altera de vero pugnæ Marathoniæ die disceptatur, in altera autem de loco Herodoti VII. 137. ubi ἁλίεας de populo Haliensi intelligendum esse docet Boeckhius. Quartam vero prolusionem subjungimus.)

QUEM morem apud Graecos olim receptum, ut eos, qui in proeliis mortem gloriosam pro patria occubuissent, publica sepultura et titulo honorem apud posteros propagante ornarent, in prooemiis his haud uno loco illustravimus,[1] ejus nunc novum et memorabile documentum edere placet, quod carmini in Athenienses ad Potidaeam victores Visconti et Thierschii opera nuper evulgato simile, sed haud paullo antiquius est. Id in schedis Fourmonti ineditis immani barbarie foedatum in hunc fere modum repraesentatur:

---

[1] In memoriam revocamus catalogum in prooemio indicis lectionum hibernarum MDCCCXVI.—MDCCCXVII. editum, quem etiam Clarkius Itinerar. P. II. S. II. p. 593 sqq. ex lapide nuperrime protulit. Cujus apographi varietates alio olim loco expendemus.

ΤΟΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΩΝΕΝΤΩΠΕΡΣΙΚΩΠΟΛΕΜΩΑΠΟΘΑ
ΝΟΝΤΩΝΚΕΚΕΙΛΙΟΝΩ.
ΕΝΤΑΟΛΗΡΩΩΝΑΠΑΔΟΜΕΝΟΝΔΕΤΟΧΤΟΝΩΕΛΛΑ
ΔΙΟΣΟΑΡΧΙΕΡΕΥΣΕΠΙΙΙΠΚΙΚ
ΦΗΝΑΙΣΤΟΥ.....ΝΝΙΟΙ.....ΕΠΙΔΙΩΝΣΕΙΜΕΝΩΝΚΑΙ
ΤΗΣΠΟΛΕΩΣΣΙΜΩΝΙΔΗΣ
ΚΑΛΑΔΙΚΑΙΜΕΓΑΡΕΥΣΙΝΕΛΕΥΘΕΡΟΝΑΜΑΡΑΞΙΝ
ΠΕΜΕΝΟΙΘΑΝΑΤΟΥΛΟΙΡΑΝΕΔΕΞΑΜΘΟΑΜΕ
ΤΟΙΜΕΝΥΠΕΥΡΟΙΑΚΡΙΠΑΧΩΕΝΘΑΚΛΑΕΙΤΕ
ΕΑΓΝΑΕΑΡΤΕΜΙΔΟΣΤΟΞΟΦΟΙΟΥΤΕΜΕΝΟΣ
ΤΟΙΔΕΝΟΡΙΜΟΙΚΑΛΑΣΤΟΙΔΕΝΠΡΟΣΘΕΣΑΛΑΜΕΙΝΟΣ
ΤΟΙΔΕΚΑΙΕΝΠΑΙΔΙΩΒΟΙΟΣΤ . ΩΟΙΤΙΝΕΣΣΕΤΛΑΝ
ΧΕΙΡΑΣΕΠΑΝΘΕΩΠΟΥΣΙΠΠΟΜΑΧΟΥΣΙΕΝΕ·
ΑΣΤΟΙΔΕΑΜΜΙΤΟΔΕΓΕΡΑΣΟΦΑΔΩΑΑΦΙΙ
ΝΕΙΣΕΟΝΕ ΣΤΟΡΟΝΛΩΟΔΟΚΩΝΙΑΟΡΩ
ΔΕΧΡΙΣΕ ΦΗΜΩΝΔΕ ΗΠΟΛΙΣΤΑΤΑΥΡΟΝΕ ΝΓΖΕΝ

Titulus hic Palaeochorae (ἐν παλαιῷ χωρίῳ) Megaridis repertus olim in sepulchro eorum fuit positus, qui bello Medico perierant; cujus monimenti Pausanias[2] meminit verbis his: Εἰσὶ δὲ τάφοι Μεγαρεῦσιν (sive Μεγαρέων) ἐν τῇ πόλει· καὶ τὸν μὲν τοῖς ἀποθανοῦσιν ἐποίησαν κατὰ τὴν ἐπιστρατείαν τοῦ Μήδου, τὸ δὲ Αἰσύμνιον καλούμενον μνῆμα ἦν καὶ τοῦτο ἡρώων, Ubi quod dicit μνῆμα ἦν καὶ τοῦτο ἡρώων, inde intelligitur etiam prius *heroum* monimentum Pausaniae videri: jam vero quum idem paullo post tradat, ex oraculo ea aetate, qua regium imperium Megaris sublatum esset, Aesymno Megarensi dato curiam illo esse loco exstructam, ut *heroum* sepulchrum intra ipsam curiam esset (ἵνα σφίσιν ὁ τάφος τῶν ἡρώων ἐντὸς τοῦ βουλευτηίου λένηται) patet hoc quoque Medicorum bellorum victoribus dicatum monimentum aut in ipsa curia aut prope curiam condi debuisse: quemadmodum ibidem Coroebus in foro, Menippus in prytaneo sepultus est.[3] Carmen ipsum Simonidem Leoprepis F. auctorem haud obscure prae se fert, cujus tot similia et elegantissima in Persarum debel-

[3] I. 43, 2. [4] Pausan. ib. 7 et 2.

latores epigrammata supersunt:[4] sed quum injuria temporum deletum esset, Helladium Pontificem (ἀρχιερέα) instaurandum id curasse, distincte docent primus et secundus inscriptionis versus, quorum sententia fere haec est: Τὸ ἐπίγραμμα τῶν ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ ἀποθανόντων καὶ κειμένων ἐνταῦθα ἡρώων· ἀπολομενον δὲ τῷ χρόνῳ Ἑλλάδιος ὁ ἀρχιερεὺς [ἐπεσκεύασε]..... Tertius versus a secundo modico intervallo remotus est; unde integrum versum deesse colligimus: in tertii initio videtur fuisse γραφῆναι: mox apparet ἐπ' ἰδίων et deinde καὶ τῆς πόλεως: in fine habes nomen poetae. Helladii autem, cui titulum hunc debemus, aetatem quintum aut sextum aerae Christianae saeculum non superare, orthographiae barbarie spectata facile concedes: ut κὲ scriptum est p. καὶ, καλεῖτε p. καλεῖται, ἵένε p. ἵέναι; item ἀέξιν p. ἀέξειν, ὄρι p. ὄρει; deinde Μοικάλας p. Μυκάλας; postremo παιδίῳ p. πεδίῳ. Tamen Helladium epigramma Simonidis non ex libro aliquo, sed ex antiquo titulo post pugnam Plataeensem posito transcripsisse ideo arbitramur, quod in nonnullis vocibus prisca scribendi ratio comparet, ut carminis vs. 5. ἔνπροσθε et Σαλαμεῖνος, vs. 10. νεικέων (νικῶν), si locum recte cepimus; praeterea vs. 8. δὲ ἄμμι et vs. 11. δὲ ἢ[δε], neglecto apostropho, qui tamen vs. 3. (ὑπ' Εὐβοίᾳ) et 5. (τοὶ δ' ἐν) vim suam etiam in scriptura patefacit. Quin aspirationis in prisca litteratura sigla ⊢ expressae initio versuum vestigia quaedam videntur superesse: etenim vs. 1. ΚΑΛΑΔΙ ex ⊢ΕΝΝΑ▷Ι vs. 2. ΠΕΜΕΝΟΙ ex ⊢ΙΕΜΕΜΟΙ. vs. 4. ΕΑΓΝΑΕ ex ⊢ΑΛΜΑ≤ potest originem duxisse: nec dissimile veri, Simonidem et Graecos, praeter Athenienses priscarum litterarum tenaces, quumprimum Η antea spiritum asperum designans in vocalem Ἦτα versum esset, illius loco siglam ⊢ assumpsisse, qua aspirationem etiam in tabulis Heracleensibus designari notum est. Quod vero in solis versuum initiis, non in mediis vestigia siglae ⊢ comparent, potest inde factum esse, quod in mediis versibus, in quibus voces magis conjunctae sunt, spiritus asper magis negligebatur: quemadmodum vel in Attica ante Euclidem litteratura aspiratio (Η), qua in scribendo utebantur, initio vocis haud raro, in media autem voce fere semper omissa reperitur.

[4] V. Jacobs. Anthol. ed. prior. T. I. p. 62 sqq.

Apponimus jam elegos Simonidis ipsos: in quibus quæ conjectura incertiore nituntur, uncis includenda curavimus. Sunt igitur hi:

Ἑλλάδι καὶ Μεγαρεῦσιν ἐλεύθερον ἆμαρ ἀέξειν
Ἰέμενοι θανάτου μοῖραν ἐδεξάμεθα·
Τοὶ μὲν ὑπ' Εὐβοίᾳ [ναυσικλύτῳ], ἔνθα καλεῖται
Ἀγνᾶς Ἀρτεμιδος τοξοφόρου τέμενος,
Τοὶ δ' ἐν ὄρει Μυκάλας, τοὶ δ' ἔμπροσθεν Σαλαμῖνος,
[Νηῶν Φοινισσῶν ἐξολέσαντες Ἄρην·]
Τοὶ δὲ καὶ ἐν πεδίῳ Βοιωτίῳ, οἵτινες ἔτλαν
Χεῖρας ἐπ' ἀνθρώπους ἱππομάχους ἰέναι
Ἀστοὶ δ' ἄμμι [πόρον] γέρας ὀμφαλῷ ἄμφι πόληος
Νικέων ἡμετέρων ἀλλοδαπῶν παρ' ὅρων.
Μέχρις ἐφ' ἡμῶν δ' ἥδε πόλις [τὰ κατ'] ἀγρὸν ἐνίζεν·
[Νῦν δέ οἱ ἡμετέρα κῦδος ἔδωκ' ἀρετά.]

Poeta primum pugnas navales commemorat, quibus Megarenses affuerant: ad Artemisium namque et Salaminem viginti pugnavera n navibus,[5] quas Mycalen deinde profectas esse consentaneum: ad Plataeensem vero terrestrem pugnam, quæ paullo post significatur, tria millia hominum Megarenses miserant.[6] Notes autem Artemisium, quod versui aptari vox non posset, circumlocutione designatum esse: τοὶ μὲν ὑπ' Εὐβοίᾳ etc. Dicitur ὑπ' Εὐβοίᾳ et ὑπ' Εὔβοιαν eodem sensu, illud quidem jam apud Homerum et Pindarum, deinde apud ceteros, etiam geographos:[7] nostro loco dativum fuisse patet ex terminatione ῳ adjectivi in Fourmontiano exemplari oblitterati, quod a consona incipere, et Ionicum a majori (— — ⏑ ⏑) explere debere, nobis quidem certum est. Nain etsi exempla sunt spondei ante incisionem bucolicam in ipso hiatu, ut Homericum.[8]

---

[5] Herod. VIII. 1. 45. [6] Herod. VIII. 28.

[7] Il. β. 866. ὑπὸ Τμώλῳ γεγαῶτας. Pindar. Olymp. VI. 77. ὑπὸ Κυλλάνας ὄροις, Nem. VI. 46. Φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσιν, Pyth. I. 126. ὄχθαις ὕπο Ταϋγέτου ναίοντες. Strab. IX. p. 284. 21. Cas. ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ, Pausan. I. 36. 5. ὑπὸ τῇ πόλει, et similia sexcenties.

[8] Conf. Hermann: ad Orph. p. 727. sq.

οἷόν κ' ἠὲ φέροιεν Ἀχαιοί, | ἤ κεν ἄγοιεν,

tamen Simonidem spondeum in bucolico versu vel extra hiatum cavisse persuasum habemus, neque in ejus reliquiis tale quidquam reperimus, nisi quis huc retulerit versus plane dispares.

οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἔμπεδον αἰεί.
ἢ πατρός τε καὶ ἀνδρὸς ἀδελφῶν τ' οὖσα τυράννων.[9]

Contra Simonidi nihil usitatius versibus bucolicis, in quorum quarto pede dactylus sit ex cretico ortus, qualis hic est:

τόνδε ποτ' Ἕλλανες νίκας κράτει, | ἔργῳ Ἄρηος.

Ad quam normam qui versum, de quo dicimus, explere voluerit, quamquam conjectura paullo audacior est, tamen non inveniet aliud quam ναυσικλύτῳ, quo nomine Euboea in hymno Homerico in Apollinem gaudet.[10] Mox septimum versum excidisse carminis lex evincit, cujus eam sententiam fuisse, quam expressimus, patet ex oppositis verbis: οἵτινες ἔτλαν χεῖρας ἐπ' ἀνθρώπους ἱππομάχους ἰέναι, quibus sicut conferri potest versus Simonideus epigr. XLIII.

Περσῶν ἱππομάχων αἵματι λουσαμένα,

sic ei, quem nos effinximus; affinis alter epigr. XL.

Φοινίκων ἑκατὸν ναῦς ἕλον ἐν πελάγει:

et Phoenissarum navium ut in classe Persica optimarum frequens mentio. Sed impeditissimus Fourmonti textus inde a versu decimo est. In cujus fine satis perspicua verba sunt ὀμφαλῷ ἄμφι: quibus positis necessarium est πόλης, quæ forma extat in Simonidis epigramm. XVIII. Litterae II duae supersunt lineae; ὀμφαλὸς πόλεως est curia, ubi sepulchrum fuisse supra ostendimus. Jam quum sequens versus vix aliter

---

9 Versum hunc, Σῶσος καὶ Σωσὼ Σωτείρῃ (aut Σωτῆρι) τόνδ' ἀνέθηκαν, Simonidis non esse nemo non intelligit.

10 Vs. 31. 219. Aliud equidem nondum invenire potui; nec satisfaciunt, quae apud Osannum Syllog. 2. p. 16. reperies. Paulo post ne quis in ὀμφαλῷ πόλης, quam de curia interpretatus sum, haerreat, videat ἄστεος ὀμφαλὸν a Pindaro in dithyrambo (Fragm. p. 575 sqq. nostr. edit.) similem domum dictam esse. Eodem epigrammatis nostri versu quod nuper aliquis ἀστοὶ mutavit in αὐτοὶ, non fecisset, si epigrammatis intellexisset sententiam.

quam fecimus, emendari possit, patet publicum monimentum dici praemium victoriarum ab alienis finibus reportatarum, ubi notes argutias in umbilico civitatis et finibus remotarum terrarum sibi oppositis. At verbum deest: quod in illo ΤΟΔΕ etiam ob metrum laboranti insit necesse est. Neque vero a litterarum forma multum discrepat, quod ex usu sermonis reposuimus, πόρον:[11] nisi quod Ν deest, ut tot aliae in hoc carmine litterae omissae sunt: et in hac inscriptione emendatrici manui paullo plus licet quam in aliis, quod et Helladius ex deleto prope Simonideo titulo multa haud dubie male transcripsit, et Fourmontus Graecae linguae valde imperitus in barbaris et in modum monogrammatum, qui mos istius aevi, conjunctis ac commistis litteris errare facillime potuit. Postremo versu undecimo manifesta verba sunt μέχρις ἐφ' ἡμῶν δ' ἥδε πόλις, ubi ne in eo haereas, quod secundus pes in fine vocabuli finitur, tum additum δέ metri elegantiae succurrere notamus, tum duriora apud ipsum Homerum esse, ut,

τὸν σὺ πρώην κτείνας ἀμυνόμενον περὶ πάτρης.[12]

In fine versus ἀγρὸν ἐνίζεν dubium haud videtur: superest ΤΑΤ, quod inserendis litteris ΑΚ in ΤΑΚΑΤ mutavimus, quamquam dictionem τὰ κατ' ἀγρὸν ἐνίζειν (*in agris sedere*, hoc est, *ruri desidere et rustica negotia tractare*) multum offensionis habere non negamus. Ceterum sententia hujus et ultimi versus vix aliter, quam quae a nobis reddita est, potest fuisse; quam proferre Simonidi eo magis licuit, quod ne Troicis quidem rebus interfuisse Megarenses dicuntur. In dialecto carminis una voce ἅμαρ excepta Dorismus non assumptus est nisi in

---

[11] Longius recedit ἄμμιν ἔδον, quod Simonidi reddere non dubitarem, nisi ad litterarum ductum propius accederet πόρον. Priori similis forma ἔθεν Simonidi restituenda Anthol. T. I. p. 254. edit. ult.

Ταῦτ' ἀπὸ δυσμενέων Μήδων ταῦται Διοδώρου
Ὅπλ' ἀνεθεν Λατοῖ μνάματα ναυμαχίας,

ubi nunc ἀνέθεντο legitur conjecturis doctorum variis tentatum. Τίθεν habes apud Pindarum Pyth. III. 65. ἀνέθεν ipsum in senario vetustissimo galeae in Alpheo repertae inscripto (Diar. class. Brit. T. I. p. 328.), de quo alius dicendi locus erit. (*Eandem correctionem fecit Blomfieldius ad Æschyli Pers.* 994. *ed.* 2. *App. p.* 208. Ed.)

[12] Il. ω. 500. conf. α. 235. 338. 437. 438. 520. β. 505. 569. etc.

terminationibus primae declinationis: unde in supplementis nostris et emendationibus ἡμέτερος, non ἁμέτερος, scriptum est quemadmodum in ipso Fourmontiano textu ἡμῶν diserte habetur.

Scr. Berolini d. II. m. Ianuar. a MDCCCXVIII.

(QUOD ad ultimum hujus tituli versum attinet, valde suspicamur eum non Simonidis esse, sed Helladii pontificis, et sic fere legendum, μέχρις ἐφ' ἡμῶν δὲ ἡ πόλις καὶ ταῦρον ἐνήγιζεν. . . . . sc. τοῖς ἥρωσι τούτοις. Verbum ἐναγίζω in hac re usitatum. Herodot. II. 44. καὶ τῷ μέν, ὡς ἀθανάτῳ, Ὀλυμπίῳ δὲ ἐπωνυμίην, θύουσι· τῷ δὲ ἑτέρῳ, ὡς ἥρωϊ, ἐναγίζουσι. ἐναγίζειν βοῦν ex Plutarcho in Solone citat H. Stephanus in Thesauro, T. I. p. 125. Pausan. I. p. 124. ed. Fac. σέβονται δὲ οἱ Μαραθώνιοι τούτους τε, οἳ παρὰ τὴν μάχην ἀπέθανον, ἥρωας ὀνομάζοντες. ED.)

VII.[1]

HISTORIAE et antiquarum litterarum studia, quae, quod omnibus cultioris ingenii et altioris eruditionis hominibus ex vetere disciplina communia habentur, in hunc locum producere licebit, praeter scriptores omni genere monimentorum, quae aetatem tulerunt, nituntur; ex quibus duo potissimum genera prioribus temporibus mentes doctorum adverterunt, *nummi* et *inscriptiones*. Et dubitatum est, utrum esset potius; quae res quum disceptaretur, ex insignioribus eruditis inscriptionum partes secutus est Marq. Gudius, nummorum Ezech. Spanhemius, Borussicae et civitatis et aulae primarium tum decus, doctrina pariter et humanitate atque legationis munere splendidus. Sed nummine an tituli majorem antiquitatis cognitioni materiam ministrent, siqui adhuc sint qui quaerant: quamquam talia ne quaerenda quidem arbitramur: non male dixisse nobis videmur,

---

[1] Omisimus No. V. et VI. in quibus disputatur de Atheniensium ἐφηβίᾳ.

qui imperiorum tempora et regum in unoquóque regno seriem rite deducere cupiverit, ei nihil esse nummis utilius; qui mores et instituta populorum, qui rerum-publicarum formas et administrationem, denique qui civiles privatasque veterum res universas cognoscere voluerit, amplius in titulis quam in nummis inventurum subsidium, idque eo luculentius, quo disertiores nummis tituli sunt. Itaque Academiae Borussicae classis historica et philologica quum Graecarum inscriptionum nulla extet collectio satis plena et perfecta, quotannis autem plures in omnibus, quas Græci occupaverant, terris eruantur tituli haud exigui momenti, constituit annis abhinc quinque corpus inscriptionum Graecarum adornare, atque in ea re ita a doctis adjuvatur, ut multarum inscriptionum ineditarum apographa ex Graecia, Aegypto, Italia, Gallia, Batavia, Britannia, Dania, Russia ad eam transmissa sint et adhuc transmittantur. Inter quae duo sunt tituli, quos nuperrime Graecus eruditus et de litteris bene meritus, Andreas Mustoxydes Corcyraeus, per Niebuhrium cum Academia communicavit: qui quamvis breves possunt documento esse, quam memorabilia etiam exiliora hujus generis monimenta sint. Etenim ex Græcis oratoribus et grammaticis atque ex ipsius Solonis legumlatoris carminibus patet jure Attico siquis domum vel fundum creditori hypothecario pignus dedisset, ut de ea re omnibus, quorum interesset, constaret atque ipsum pignus certius esset, tabulam sive cippum esse pro domo vel fundo positum, cui inscriptum nomen creditoris esset debitique summa: cujusmodi litteraevocabantur ὅροι, qui grammaticis interpretibus apud Atticos sunt τὰ ἐπόντα ταῖς ὑποκειμέναις οἰκίαις καὶ χωρίοις γράμματα δηλοῦντα ὅτι ὑπό κεινται δανειστῇ[2]. Item ubi archon eponymus pupillorum bona locabat ex legibus, redemptor debebat locati pignus, quod ἀποτίμημα dictum, exhibere[3]; quod etiam ab iis dandum fuisse, qui quid a publico redimerent, Attica inscriptio docet[4]; nec

[2] Verba sunt Harpocrationis v. ὅρος. Pluribus, breviter tamen, haec persecuti sumus in Oec. civ. Ath. T. I. p. 142.

[3] V. Oec. civ. Ath. T. I. p. 158.

[4] V. ibid. T. II. p. 336 sq.

minus maritus pro dote uxoris tale tenebatur pignus dare eodem ἀποτιμήματος nomine appellatum[5]. De utroque hoc hypothecae genere aliis omissis apponimus verba Harpocrationis: Ἀποτιμηταὶ καὶ ἀποτίμημα καὶ ἀποτιμᾶν: Οἱ μισθούμενοι τὰς τῶν ὀρφανῶν οἰκίας (debebat dicere τοὺς τῶν ὀρφανῶν οἴκους[6]) παρὰ τοῦ ἄρχοντος, ἐνέχυρα τῆς μισθώσεως παρείχοντο· ἔδει δὲ τὸν ἄρχοντα ἐπιπέμπειν τινὰς ἀποτιμησομένους τὰ ἐνέχυρα. τὰ μὲν οὖν ἐνέχυρα τὰ ἀποτιμούμενα ἐλέγοντο ἀποτιμήματα· οἱ δὲ πεμπόμενοι ἐπὶ τῷ ἀποτιμήσασθαι ἀποτιμηταί· τὸ δὲ πρᾶγμα ἀποτιμᾶν· εἰώθεσαν δὲ καὶ οἱ τότε, εἰ γυναικὶ γαμουμένῃ προῖκα διδοῖεν οἱ προσήκοντες, αἰτεῖν παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ὥσπερ ἐνέχυρόν τι τῆς προικὸς ἄξιον, οἷον οἰκίαν ἢ χωρίον. ἐλέγετο δὲ ὁ μὲν δοὺς τὸ ἀποτίμημα ἐνεργητικῶς ἀποτιμᾶν, ὁ δὲ λαβὼν ἀποτιμᾶσθαι. ὁ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὀφλημάτων. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ὀνήτορος δευτέρῳ, καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Διογένην ὑπὲρ μισθώσεως οἴκου, εἰ γνήσιος ὁ λόγος. Nunc singula horum pignorum ὅροις signatorum genera singulis oratorum locis illustrabimus, multis aliis hic quoque omissis. Et de debito quidem insignia sunt verba Demosthenis adversus Spudiam[7]: Πρῶτον μὲν οὖν ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι τοὺς παραγενομένους, ὅτ' ἐνεγγύα μοι Πολύευκτος τὴν θυγατέρα ἐπὶ τετταράκοντα μναῖς, ἔπειθ' ὡς ἔλαττον ταῖς χιλίαις ἐκομισάμην, ἔτι δ' ὡς ἅπαντα τὸν χρόνον ὀφείλειν ὡμολόγει μοι Πολύευκτος καὶ τὸν Λεωκράτην συνέστησε, καὶ ὡς τελευτῶν διέθετο ὅρους ἐπιστῆσαι χιλίων δραχμῶν ἐμοὶ τῆς προικὸς ἐπὶ τὴν οἰκίαν. Sed de bonis pupillorum eximium extat Isaei testimonium in oratione de Philoctemonis hereditate[8]: Ἀπογράφουσι τῷ παῖδε τούτῳ πρὸς τὸν ἄρχοντα, ὡς εἰσποιήτω τοῖς τοῦ Εὐκτήμονος υἱέσι τοῖς τετελευτηκόσιν, ἐπιγράψαντές σφας αὐτοὺς ἐπιτρόπους, καὶ μισθοῦν ἐκέλευον τὸν ἄρχοντα τοὺς οἴκους ὡς ὀρφανῶν, ὅπως ἐπὶ τοῖς τούτων ὀνόμασι τὰ μὲν μισθωθείη τῆς οὐσίας, τὰ δὲ ἀποτιμήματα κατασταθείη καὶ ὅροι τεθεῖεν, καὶ ζῶντος ἔτι τοῦ Εὐκτήμονος μισθωταὶ δι' αὐτοῦ γενόμενοι τὰς προσόδους λαμβάνοιεν.

---

[5] Cf. Oec. civ. Ath. T. II. p. 49.

[6] Quid intersit v. ibid. T. I. p. 379. 122. 157.

[7] P. 1029. 21. quae cave ad pignus pro dote marito data referas: sunt enim de pecunia ob dotem non datum marito debita.

[8] P. 141.

Postremo de dote auctor Demosthenes contra Onetorem[9]: Οὗτος γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τοπρῶτον ὅτε τῶν Ἀφόβου διενοεῖτο ἀμφισβητεῖν, οὐχὶ τάλαντον ἔφη τὴν προῖχ', ὥσπερ νυνὶ, ἀλλ' ὀγδοήκοντα, μνᾶς δεδωκέναι, καὶ τίθησιν ὅρους ἐπὶ μὲν τὴν οἰκίαν δισχιλίων, ἐπὶ δὲ τὸ χωρίον ταλάντου, βουλόμενος μὴ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ κἀκείνην διασώζειν αὐτῷ; ubi agitur de dote sororis, quam Onetor affirmabat se Aphobo ejus marito dedisse; pro qua domum et fundum oppignerasse Aphobus ferebatur. Tantum de re quam brevissime. Necdum vero ad nostram usque aetatem ullus hujusmodi innotuerat ὅρος satis bene servatus, qui rem ipsam quasi ob oculos poneret, et formulam, qua transacta esset, demonstraret, donec duo lili tituli reperti sunt, quos hoc loco primum edemus.

I. *Lapis repertus Acharnae inter vetera monimenta.*

ΕΠΙΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
ΑΡΧΟΝΤΟΣ[Ο]ΡΟΣ
ΧΩΡΙΟΥ ΤΙΜΗΣ
ΕΝΟΦΕΙΛΟΜΕΝ
ΗΣΦΑΝΟΣΤΡΑΤΩΙ
ΠΑΙΑΝ ΧΧ

II. *Lapis situs in campo Marathonio.*

ΟΡΟΣΧΩΡΙΟΥ
ΚΑΙΟΙΚΙΑΣΑΠΟΤ[Ι]
ΜΗΜΑΠΑΙΔΙΟΡΦ[Α]
ΝΩΙΔΙΟΓΕΙΤΟΝΟΣ
ΠΡΟΒΑ

Quae uncis inclusa sunt, supplevimus. Prior titulus hic est: Ἐπὶ Θεοφράστου ἄρχοντος, ὅρος χωρίου τιμῆς ἐνοφειλομένης Φανοστράτῳ Παιανιεῖ, XX: itaque Olymp. 110, 1. positus est ob pretium fundi ipsius empti non numeratum sed debitum ei, a quo emptus erat, Phanostrato Paeaniensi; in fine legitur summa debita δισχιλίων δραχμῶν, pecunia more usitato numeris notissimis expressa. Alter est hic, temporis incerti sed ejusdem fere, ut videtur, aetatis: Ὅρος χωρίου καὶ οἰκίας, ἀποτίμημα παιδὶ ὀρφανῷ Διογείτονος Προβαλισίου: quem ὅρον qui posuit, is quum bona filii orbi Diogitonis Probalisii redimeret ab archonte et tutoribus, praedium cum domo pro bonis redemptis oppigneravit. Unus

[9] II, p. 877. 5.

tamen etiam olim hujus generis ὅρος a Pocockio[10] notatus erat, sed tam male habitus, vix ut agnosci potuerit. Apud illum enim hanc habes Atticam inscriptionem:

ΟΡΟΣ
ΧΩΡΙΟΥ
ΜΝΗΜΑ
Ζ

in quibus verbis admodum mutilis quod vs. 3. legitur, fuit ἀποτίμημα: id quod, nisi integriores allati tituli essent, haud facile potuisset perspici.

Scr. Berolini m. Ianuario a. MDCCCXXI.

VIII.

Pervulgata apud eos, qui Graecae scripturae originibus et progressui pervestigandis diligentiorem operam navarunt, illa est opinio, litterati monumenti prope uniuscujusque aetatem ex ductuum forma et scribendi ratione probe cognita posse perspici. Quae quidem sententia etsi non plane rejicienda est, tamen si a publicis Atheniensium decretis recesseris, in quibus certa quaedam scripturae ratio sancita est, tanta in his rebus judicandis cautione opus est, ut eorum praecipue levitas, qui ob litterarum formas paulo insolentiores vel huic atque illi aetati minus, ut putabant, convenientes de veritate monumentorum dubitarunt, gravi reprehensione digna videatur. Non solum enim eadem apud Graecos tempore in aliis civitatibus alia obtinuerunt scribendi genera, sed etiam singulorum privatorumque hominum alii alias in hac re normas secuti sunt: antiquitusque eos litterarum ductus, quibus recentiores aetates in uno

---

[10] Inscr. ant. p. 51. num. 8.

alteroque monumentorum genere potissimum assueverunt, non ignotos fuisse constat; atque invicem quibus prisci Graeci usi erant, ii ne posterioribus quidem saeculis plane sunt oblitterati. Nos nunc consistemus in hoc altero; insigne quoddam monumentum, quod, nisi contrarium demonstrari posset, summae vindicandum antiquitati censeres, ita explicabimus, ut id cultissimo Graecae artis saeculo tribuendum esse pateat.

Nam quemadmodum, nostris temporibus invaluit, ut monumenta, quo iis priscae gravitatis fucus et quaedam quasi robigo induceretur, barbaris litterarum formis foedaremus; ita Graecis quoque in titulis, quos operibus publicis privatisve imponerent, et in aliis ejus generis inscriptionibus antiquitatis speciem affectare placuit. Quod nemo mirabitur in ea aetate, qua Herodes Atticus notissimas illas columnas Triopicas ad viam Appiam litterarum formis vetustissimis distinxit; quippe id saeculum affectata plura quam nativa tulit; et plures novimus titulos antiquissimam scripturam prae se ferentes, eosque adhuc ineditos, qui illo aevo videntur exarati esse: illud jure mireris, idem esse optimis temporibus factum. Rem in Praxitelis operibus in Attico Cereris templo positis declarat Pausanias[1]: Γέγραπται δὲ inquit, ἐπὶ τῷ τοίχῳ γράμμασιν Ἀττικοῖς, ἔργα εἶναι Πραξιτέλους: nam Ἀττικὰ γράμματα sunt ἀρχαῖα, prisca illa, quibus ante archontem Euclidem (Olymp. 94, 2.) Athenienses publice usi erant; iisdem igitur etiam Praxitelis aetate Olymp. 104. circiter florentis in illo titulo locum concessum esse videmus. Ex hoc autem genere est inscriptio Delphis inventa, quam ex Dodwelli Britanni Itinerario[2], ubi sine ulla vel annotatione vel interpretatione edita est, hoc loco delineatam exhibemus:



[1] I, 2, 4.

[2] T. II. p. 509.

hoc est, . . . ιόθαλος ὁ Πολα . . . . . Βοιώτιος ἐξ Ἐρχομενοῦ· Ὑπατόδωρος, Ἀριστογείτων ἐποησάταν Θηβαίω. In quo titulo praeter fabricam paulo rudiorem antiquitatis affectandae causa retentam notamus neque Eta neque O magnum neque Ξ consonam duplicem in scriptura assumpta esse, sed eam observatam esse litteraturae formam, quae Athenis usque ad Euclidem perduravit, in nulla autem civitate usque ad id tempus, quo haec inscriptio posita est, vulgo usitata fuit. Spiritus asper, qui in Attica scriptura H est, omittitur in hoc titulo tum in nomine Ὑπατόδωρος tum in articulo ὁ: quippe mature hac in re variavit usus: et neglecti in scribendo spiritus exempla, ut alia omittamus, et marmor Choiseulianum Olymp. 92, 4. ante Euclidem publice propositum[3] et titulus ab Hierone Dinomenis f. Olymp. 76, 3. galeae in Alpheo repertae impositus[4] praebent. Litterarum autem formas priscas delectas esse, ut V, R, D, ≤, vel nobis non monentibus patet: ψ et Ψ prisca est forma aspiratae litterae X[5] etiam Etruscis usitata, quorum ductibus Delphica haec inscriptio multis nominibus similis est. Pro interpunctione tres lineolae usurpatae sunt; nisi tria olim haec puncta fuerunt (⁝), quod antiquissimum est interpungendi genus; certe lineolas pro interpunctione scriptas esse nondum ex ullo monumento cognitum est, nisi huc referre velis duas lineas in titulo Attico Demostheneae aetatis obvias sed dubitationi obnoxias[6]. Praeterea duo insunt memorabilia; alterum quod pro Ὀρχομενῷ habetur Ἐρχομενός: quamquam hoc non jam ignotum, postquam plura Orchomeni Boeoticae monumenta innotuerunt[7]: alterum quod in nomine Aristogitonis Sigma ante T duplicatum est. Hoc quosque ideo est factum ut antiquitatis speciem titulos offerret; et duo in promptu sunt hujus scribendi rationis exempla antiquissima, APIΣΣTOΔAMOΣ Ἀριστόδαμος) in inscriptione Geraniae à Fourmonto reperta necdum edita, eaque fidei indubiae, et TEΓEΣΣTAΣ (Τελέστας) in Attico titulo valde ut videtur antiquo[8]. Immo idem

[3] Oecon. civ. Ath. T. II. p. 168.
[4] Hunc illustravimus in Explicatt. ad Pindar. T. II. P. II. p. 225.
[5] A. Oecon. civ. Ath. T. II. p. 377.
[6] A. ibid. p. 251.
[7] V. ibid. p. 385 sq.
[8] Editus est in Archaeol. Britann. T. II. p. 216.

etiam in Italiam propagatum in duabus inscriptionibus reperitur; altera in agro Romano reperta haec est[9]:

ΑΣΣΤΡΑΓΑΛΟΣ
ΝΕΣΤΟΡΟΣ
ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣ

altera statuae, quae Sext. Pompeii putatur, imposita legitur[10]:

ΩΦΕΛΙΩΝ
[Α]ΡΙΣΣΤΩΝΙΔΑ

hoc est, *Ophelion Aristonidis f. fecit.* Taceo alia ejusdem usus exempla, quae alii loco reservo.

Jam ut de ipso argumento Delphicae inscriptionis dicamus, in ea statuae, Pythii fortasse victoris, subscriptum nomen legebatur: is fuit *Boeotius vir ex urbe Orchomeno;* sed ipsius patrisque nomina ita mutilata sunt, ut restitui non posse videantur: pater fortasse Πολάνωρ dictus; certe Πολήνωρ nomen Graecum est[11]. Addiderunt sua nomina artifices, qui statuam communi perfecerant opera: Ὑπατόδωρος, Ἀριστογείτων ἐποησάταν Θηβαίω: in quo praeter dialecti Doricae insolentiam notabis dualem de industria adhibitum omissumque καὶ, item vocabulorum collocationem minus suetam, qua priorum hominum simplicitatem aemulari artifices illi studebant. Similiter et eandem ob causam scripsit Pausanias[12]: Τὸν δὲ ἀνδριάντα οἱ Πτόλιχος ἐποίησεν Αἰγινήτης: et in apotheosi Homeri, anaglypho notissimo, legimus: Ἀρχέλαος Ἀπολλωνίου ἐποίησε

---

9 Haec illata erat in Museum Guarnaccium Volaterris: edidit Donatus p. 429. 9. item Gorius Inscr. Etrur. p. 246. n. 256. ΝΕΣΤΟΡΟΣ tamen quum simplici sibilo scriptum sit, duplicem putes oscitanti quadratario deberi: sed retinet me hoc, quod variari in hujusmodi monumentis scripturam aliis etiam exemplis constat.

10 Reperta haec statua in territorio Montis Porcii in agro Tusculano: nunc est Parisiis in museo regio. Inscriptionem edidit Viscontus Mon. Gab. p. 30. cf. Comitis de Clarac catal. antiqq. Mus. reg. Paris. n. 150. p. 75. et p. 433.

11 Saltem Centaurus Polenor est ap. Pausan. V. 5, 5. ubi tamen liber scriptus Parisinus Πυλήνωρ.

12 VI. 19, 1.

